



*1. 4. 1701. 1702.*

2

**Epigrāmata Jo  
hānis Aesticam  
piani.**

3 1/2

# Ad Jacobū de Libēsteyn Archiepi

scopū Daguntinū. Johannis Rbagij Aesticampiani Lusati  
Epistola.

¶ Cui meū Epigramaton Libellū q̄ tibi Jacobo de Libēsteyn  
Antistes sacratissime iustius dedicē. habeo p̄fecto hoc tpe ne  
minē. Siue em̄ vtutes tuas. iusticiā ⁊ pietatē. vt nūc alias omit  
tā om̄es. cōtuear. dignissi m̄. Siue tua in me b̄nficia. q̄ sunt ppe  
infinita. metiar. meritissim̄ mibi es visus. q̄ nō solū faciles hos  
meos lusus. Verū etiā seria q̄cunq; opa (si modo qd̄ seriū aut  
graue tuasq; celsitudie ⁊ amplitudie dignū. ex mea p̄dire possit  
officina) et amplecterer ⁊ defenderes. Totūq; id qd̄ v̄l scriben  
do. v̄l docēdo p̄sequor laudis ⁊ exultatiōis. tibi v̄dicares: Tue  
nanq; felicissimo reipublice statu. ac florētissimo litterarū hūā  
narū vsu cōfusus. ⁊ assiduo rudes iuuenes labore meo. tuo vero  
liberalissimo stipēdio. q̄ me foues ⁊ exornas: limo ⁊ expolio. et  
qd̄ dat̄ oij in laudādis viris tum vtute sua. tum de me vel bene  
uolentia v̄l liberalitate b̄n̄ meritis. penit̄ p̄sumo. qd̄ cum sepe  
alias. tum h̄ys quattuor nec ampli⁹ hebdomadib⁹: quibus sa  
lutis n̄re aduentus celebrā: haud improbe (faceffat modo in  
qu⁹ cēlor) videoz fecisse. q̄ hoies sanctos in duozq; numerum  
n̄scitos Martinū p̄tificem: imperij tui patronū: ⁊ Barbaram  
v̄gtnem salutis mee custodē: hymnis q̄busdā: monumētisq; vt  
ingenij tulit mediocritas: ⁊ pie laudari et rite (vt spero) pla  
carim. Deinde vero Bertholdi illi⁹ de Wendenberg augustissi  
mi archiep̄tificatus moderator. viriq; grauissimi ac sapientis  
simi. Fucūdam nois memoriā q̄ cū apud alios. tum potissimū  
apud te. q̄ illi successisti. residet. gratissimis: vt opto: carminib⁹  
innouaui. Dediq; hoc illi. si q̄s causam queret: q̄ ⁊ studiorum  
liberalitū ratiōē habuit. scholasticē om̄ib⁹ fructuosissimā. vt inā  
q; suo in ordine res litteraria cōstitisset. lōge p̄fecto. q̄ nūc: dicā  
em̄ qd̄ sentio: ⁊ disertiores ⁊ honestiores adolescētes ex ea exilu  
issent. Et q̄ me p̄mū oratorie moralisq; philosophie p̄fessorem  
a cursu est remorat⁹ (petebā em̄ dulcissimā. Italica post studia.  
p̄tiam) stipēdioq; p̄durit. Præterea ⁊ te ⁊ alios viros illustres.  
q̄ vel rem diuinā v̄l hūanā in vrbe tua religiosissima regunt et  
tuen̄. studiose celebraui. Postremo vero eos q̄ ingenio ⁊ erudi



Universitäts-  
Bib'io:hok  
München

etiam excellit immortales fore vehementer desideravi. et his potissimum verbis, quod illis nomine Strenae misi. magnope elaboravi. Taceo autem hoc loco (ne cuiquam supercilioso et nimium religioso stomachum moueam) perquam iustas pudicissimarum puellarum laudes. quod certe mihi forma. mores: castitasque: praecipua feminarum vos: mirifice promeruit. quae quam uidebitur ut Caribunculi quaedam illustrant: non nihil etiam sibi loci in Maguntiorum uatis poemate: more prisco: quasi suo quodam iure tribui ostenderunt. Quae admodum Lesbia a Catullo Memeris a Tibullo Ab Quidio Corryna. Sic a me Aesticiano piano: Martha et Lattia: his enim eas nominibus. quamquam asper appellandas esse censui: id facile uel non petentes (ut mea est in omnes uenustas et probas benignitas) impetrauerunt. ut se ab obliuionis iniuria: quam plerasque obtenebrat. nisi litterarum lumine affulserit. vindicarem. Illis quoque meis modulorum leuissimorum monumentis (sub firma tamen immortalitatis spe) fideliter insertarunt. Accipe igitur hoc potissimum feracem clementissime et breue et incoeditum opusculum de te tuumque uicinis et concinnatum et excusum. tuoque sacratissimo nomini totum dedicatum. fronte ea. qua cetera soles omnia. quam uel ab officio uel pietate perficiunt. et quasi promittas quasdam in aestiuo agro et natas et demessas. Nam cetera quae in eum iacta sunt semina non facta coaluerunt. ac in manus si quando uacabit: sume. tandemque in penuriam humanarum litterarum cellam clementiae sanctitum diuisque tuae si meruerint collocari iube: Vale:

## Hentersyllabum eiusdem ad lectorem

Lector Lusacii nouos Poetae  
Lusus: et faciles iocos: salesque  
Argutos - nitida uides papyro  
Pressos: Semideis uirisque gratos  
Aut nigris calidae coquis culinae  
Si recte sapiunt egentque lucro  
Vulcanique dapes parant famenti  
Cum sint Castalis parum liquoris  
Tincti: ex officio licet profecti  
Et gratum et memorem docent poetam  
Aestiuo genitum recens in agro  
Quam Maguntia: Ahenus - et benigna  
Annis quatuor omnium voluntas  
Doctorem tenuit probe uirorum  
Hos. si perdere uis et aes et horas  
Viginti scrupulis emeset horas  
Tres consumere quatuorue possis  
Dum Tricas Apinas. merasque nugas  
Gerras: Quisquiliasque. Leniasque  
Cascis ac Opicisue Lusacisue  
Aut: si credibile est: heris: deisque  
Ahenanis pueris: puellulisque  
Tetas. excipis: eligit: tenesque  
Si non ualibus erunt legenti

Tanq̄ difficiles z implicati  
Nullius Geniqz Graciaeqz  
Ut quidam Cynicus putat Magister  
Carptori venient probos in usus  
Lentisci vice dentium lenabunt  
Liuorem: z cupido nihil nocebunt  
Emptori. modo sit sagax z aptus  
Merces cuiqz suas rei locare  
Scombus aut piperi aut croco cuculli  
Cordillis ve habiles togae salitis  
Sint. sic nil precio perit. nec eno.

**Theodericus Giesmundus Ma-**  
guncinus in laudem Poeticae pietatis. z Johānis Aesticampia  
ni poetae Laureati.

Ore suo celebrant superos quicumqz poetae  
Parturuntqz pias ex imo pectore laudes  
Luminibus magis dum caetera turba subinde  
Prescriptos repetunt ingrati murmuris hymnos  
Intereaqz illis non cor sed lingua laborat  
Nam quicquid recitant alienum est atqz coactum  
Et rude et attritum et nullo subline paratu  
Et gelidum atqz adeo superis inamabile: Nam si  
Nectar et Ambrosiam superi velut optima mandunt  
Cur non electis laudari versibus optent  
Datibus augustae radios deitatis ab alto

Jupiter infundit radijs ardentia fulgent  
Ingenia ingenijs carmen fulgentibus erit  
Perpetuum et gratum superis z origine dignum  
Carmina de coelo veniunt. redeuntqz vicissim  
Ergo pij Vates: meritissima cura: deorum  
Et quibus est inter subsellia pūna Johannes  
Noster. ab aestini notus cognomine campi  
Nocior: Nonidum cultu z praeditate vena  
Fertilis ingenij quoties vel carmine blando  
Junxit inaequales elegos: vel plecera lyrarūqz  
Maluit aut pleno celebrat Heroica versu  
Sacta virum: quali iam te Martine Camena  
Inter Semideos heros celeberrime dixit  
Quid si immortales non hec mortalia spernunt  
Et tangit superos humani cura fauoris  
Natum quippe tuo debes: Martine: poetae  
Castalijs quoniam pūmus tua nomina Musis  
Inseruit. de te vituacia carmina scribens

**Magister Conradus Weidmā Ba-**  
siliensis in Epigrammata Aesticampiani.

Desinat Aonias Lacium iactare Sorores  
Et penitus Musas: claudier orbe: suas  
Indyca Lusacius tibi quas Germania Vates  
Aduertit patriae: gloria magna: suae  
Cecropia insignis simul Ausoniaqz Minerva

Quicq; animo cunctas calleat historias  
Grandiloquo numeris potes hunc conferre Maroni

Si pede quid liber scribat erit Cicero  
Cernere si hec cupias epigrammata perlege Vatis.

Posthabitura tuos: docte Catulle: modos  
Multum ergo Vati debet Germana iuventus

Quam docet et numeris ornat et amplificat.  
**Walteri Huttneri Phagigene ad le-**  
ctorem Epigramma.

Si qua non lecto: superest tibi cura Poetae

Aurea Lusacj carmina Vatis ama  
Illa dabunt equidem vacue solatia menti

Inuenies in eis quod didicisse velis  
Non nisi sacra canit: celebrat virtutis alumnos.

Magnanimos numeris exulit ille viros  
De pietate plus fecit sua carmina Vates

Et de verbigene religione dei  
Nulla Cupidineo maculata est pagina versa

Omnia sunt huius: carmina casta: libet  
Hinc trahere quo viuas pacto: que crimina vites.

Inuenies animo: carmina grata: tuo  
Hec emenam prosim: lege. disce. amplectere. talia.

Ne tua deficiat Bibliotheca libro.

## **Illustris diui Martini vita. singu-**

laris Maguntiorū omniū patroni.  
Candida preteriti nequicq; numina ritus  
Castaliae ne deas: Clarijue oracula phoebi  
In mea presentes quo prestent carmina vires  
Inuoco. Pannonij dum prima crepundia canto  
Martini. et natale solum: sacrataq; festa  
Festa Maguntinae que sunt solennia genti  
Pecipuae. cunctis quonia venerat in oris  
Paucaq; subnectam sanctae miracula vitae  
Vera Palestini faueat modo gracia Christi  
Arida diuinoq; irroret pectora nimbo  
Heroisq; fauor: timidae cita carbasa puppis  
Quā freta veloci transcurrā naufraga vento:  
Securo sistat nullo discrimine portu  
Terra potens armis: letisq; vberima glebis  
Sumentis dotata bonis: flumiq; beata  
Ac diues pecoris: generosae vitis abundans  
Et superum cultu: foelix: fuluq; metallo  
Pannonia antiquis: a nostris Hungara fertur  
Europae stabilis Turca indignante columna  
Qua gens culta parum: nisi quae peregrina: poluit  
Terra virtū. et inuisae: civilis nescia: moris  
Ruscolit et tignis habitat: subnixa bifurcis  
Tectaq; mobilibus: Borea: gorgustis cannis

Victu in foelici: nam vina recentia vendit  
Et sibi prepingues occidit rara iuuenecos.  
Inscia cocturae: subfarcit corpora: et acres.  
Cum lachrymis cepas. callosis sectile porum.  
Corripens palmis: mordaci miscet aceto  
Et ieiuna famem. stomacho depellit. iniquam  
Delicijs non usa malis. morbisq; caducis.  
Libera. robusto vegetat fera corpora pastu  
Danubij virides circūdans vndiq; ripas  
A proprio rabidos auertit limite Turcas  
Hic vicijs Sabaria ferax. pumordia lucis.  
Prebuit infanti. foelicemq; extulit ortum.  
Martini. claro genitum de patre Tribuno  
Marcia pugnacis. qui castra secutus et arma.  
Caesaris. eximiam bellaci e semine prolem  
Hostibus in medijs. et strictis ensibus ortam.  
Excipit. et tanto praestantis munere letus  
Martis. et excellens imponit nomen ab illo  
Ut reor. auspiciam dederat quia numen amicum  
Quo fera Tyroni placeant mox bella feroci  
Impagnetq; homines ac mactet more bidentum.  
Hostiq; de caeso referat spolia ampla. suoq;  
Ab duce castrensi donatus forte corona  
Gaudeat. et festos redimitus tempora ludos  
Spectet venturos: decoratq; hac laude nepotes.

Talibus illa suam studijs bona Roma iuuentam.  
Instituit. lati calidoq; in puluere campi  
Quadrupedem celeri iussit conuere gyro  
Et sua veloci modo linquere frena Caballo  
Et modo contracto duras cohibere Lupato  
Sauces. et saltu totius corporis apto  
Tunc armū leuū. nunc dextram scandere partem  
Quid referam Palum: qui fixus vulnera cepit  
Ceu percussurus vitatur strenuus idem  
Usū luctandi taceo. quo nempe Tritanus  
Miles Pompei comitans tentoria magni  
Ingentem digito superatum rettulit vno.  
Hostem: nec versū studium memorabo natandi  
Quo Caesar pollens pelagi defugerat vndas  
Artibus hīs vasti fallentia pectora Poeni.  
Fregit. et Hispani iactantia corda ferocis  
Lactea vel stolidi turpanit corpora Galli  
Tunc caput imperij subiecit religioni.  
Roma suae: Vestrae templorum oblita Iouisq;  
Elisij. et Veneris genitricis. et acre Puapi.  
Inguem. et obscenae: foedissima numina: Gloriae.  
Abdicat. et puris colit abdita numina sacris  
Has quoq; Martinum genitor prouexit ad artes.  
Altum Ticino. quod construxere Marici  
Nomine quam vulgus didicit vocitare Papiam

Nunc est caesareae matris clarissima legis  
Et bona Cecropiae confert praecipua Minervae  
Corpore robusto rigidisque aethus in armis  
Horrida militiae non detrectavit iniquae  
Muniam: sed forti commisit praelia dextra  
Donec ab Aethera diuinis spiritus arce  
Lapsus: et audacis conuertit Militis ora  
In se. coelesti monitus dehinc voce salubres  
Edidit. O martine nigri fortissime Ditis  
Miles: et aeterni contemptor maxime regis  
Parsque tenebrosae post fata nouissima turmae  
Quid iuuat humano temere sub principe bella  
Impia: quid cedas hominum sectarier atras  
Non fera Tartarei formidas regna Tyranni  
Non trux te triplici perterret Cerberus ore  
Non face torrentis: non torna Megea colubis  
Stagnaque Cocytus Phlegeton. Stygiaeque paludes  
Aut Ticius vultur: Salmonis fulmina vana  
Sisyphium saxum: aut radij suspensa rotarum  
Corpora qui stringunt et seuis cursibus angunt  
Denique quo talem diciturus iudice causam  
Minos delicti reddet tibi premia tetri  
Quin potius sequeris diuinae castra cohortis  
Coelicolum: et regem coeli terraeque potentem  
Cristata galea: Clypeoque totaris et ense

Nam noua terrigenae repetit fera bella Gigantes  
Pro Ceo capit arma feror. capit Atrius arma  
Conaturque deum coelo detrudere ab alto  
Qui pro terrenis coelestia munera rebus  
Pendit. et meritos fulgentem tollit in aulam  
Hunc sequere et finem bellis impone cruentis  
Sic monitus Chlamydem: gladium: plenamque sagittis  
Deponit pharetram. sacroque in fonte lauatus  
Assumit peras pellendo frigore vestes  
Urbs Pictavi: qua doctus Zylarius amplum  
Pontificis solium cum religionis honore  
Grandia tum patrio condens monumenta Cothurno  
Possedit. peccat. magno correptus amore  
Sic sacra fieri de sorte minister  
Supremi domini. et fidei sacra mystica verae  
Nosse cupit: doctus praeciperat omnia flamen  
Ad patrios remeans insigni laude penates  
Certa sive tribuit fidei praecipua parenti  
Lenia clementisque coli vestigia Christi  
Et iuga constanti praefere lenissima collo  
Suasit. et electe sanctis cultoribus aedis  
Iuncta preces et thura dabat victique modesta  
Tradita siderae seruabat foedera legis  
Deuoto Mariae suspirat pectore natum  
Et promissa rogat coelestis premia vitae

Ille domū: socios: comitesq;: focumq; latensq;  
Deuouet. z sese Christo virtute magistra  
Solis cum paucis Galilaeum fratribus orat  
Credentes animas vt tristi liberet horcho  
Liberet a penis pice: sulphure. z igne paratis  
Hinc in Turonum: qua Celte pinguis gentes  
Ara colunt: sacra delectus Episcopus vbe  
Concordes egra: sic visum est: mente sodales  
Deseruit. cum vota hominum diuumq; voluntas  
Posceret. excelsaq; adijt fastigia sellae  
Suscepitq; rudem constanti pectore plebem  
Quam simul exemplis. simul ore gubernat honesto  
Virtutes plantat: vitiorum vellicat herbas  
Quas malus in riguis demon consueuerat hortis  
Ast vbi pertesum officij est: morsq; maligni  
Qui fuit ex usu vl' consuetudine turpis  
Delicias vrbis: populi nec ferre tumultum  
Eualuit. deserta petit loca: claustra reformat  
Que cum discipulis habitans z paupere victu  
Vestibus et tritis: multis sermonibus vsus  
Que vitae meliora darent precepta futurae  
Et pia coelestis mererentur. limina regni  
Scandere. supremiq; aeterna sacraria patris  
Sancta hec de superis resonabant pulpita regnis  
Que vix intrabit fur: leno: gulosus: adulter

Non iracundus: nec auarus: pcedo: superbus  
Non idolorum cultor: non ebrius: et qui  
Indulget Veneri. patulans conuicia linguae  
Iactat. et inuide flammis odijq; fauillis  
Vicitur. z requiem furiarum maxima nullam  
Thesiphone fonti prestat: peccata flagello  
Castigat. mortem que distulit ille sub atram  
Ast pius z prudens: iustus: moderatus et acer  
Et bisquinq; tenens veteris mandata figurae  
Ardua conspicui transcendit culmina coeli  
Quo pius ex falso post multa pericula mundo  
Semideus rapitur. fragiles vbi comprimit artus  
Pallida mors nullis parcens mortalibus enis  
Mobile Turonum corpus sepelitur in urna  
Grandia quod peperit stupido miracula vulgo  
Que cum delectu promam. post condita festa  
Festa Maguntino populo solennia sunt  
Dum coelum stellis: dum abundet piscibus aequor  
Terra feris pateat. tenuisq; volucris aer  
Illa dies niueo semper decoranda lapillo  
Quo pater aegregij meruit fundamina templi  
Martinus. sacrasq; suo de nomine cellas  
In quibus augusto pinguis cadit hostia rita  
Sulgida sacrificata censetur imago sub ara  
Que tegitur Tyrio suffusa murice palla



Aurea quā medio subnectit fibula collo  
Sulcus inest manui splendentis cuspidis ensis  
Hoc Chlamydem misero totam dimiserat pro  
Coelum gemma rubro speciosum lecta profundo  
Ornat. et ambiguus imas fulcire Cothurnus  
Conspicitur plantas. Somipes sua terga sedenti  
Subiicit. et magnis vacuas hinnitusibus auras  
Verberat. ac subito gestit prorumpere saltu  
Spumea Martini cursum nisi frenā retardent  
Et preceps Paro remoretur marmore gressus  
Celsus magnifici rutilo Tholus igne relucet  
Templi purpureis paries contextus uterq;  
Auleis. pictiq; thori Subsellia culta  
Hesperio suprema nitet fulgore micatq;  
Ara. sacerdotes lino cernuntur et auro  
(Lata quidem torques ceruices prestat obesas)  
Vestiti multis tenuem concentibus auram  
Rumpunt. et pleno resonat clamore lacunar  
Ingens horribili mugit campana boatu  
Aeria pendens turri. ferit aethera clangor  
Et caua vel surdas hominū tuba perforat aures  
Mollia vel mestis citharae solatia curis  
Prestant. et resonis hylarant cenacula chordis  
Ac lyra concinnū crepitanti pollice cantum  
Edit. et alternis fert gaudia plurima nervis

Mutuacq; unanimis inuunt cōiunia aures  
Intonsi iuuenes: virides aetate puellae  
Longeuq; senes et casto corpore matres  
Inuitant famulos: ancillas: atria complent  
Saturnalicios tunc est cognoscere victus  
Multiplici ieiuna cibo precordia curant  
Pars volucres liquido letantes flumine torret  
Pars coquit et puro gaudentes aere turbos  
Pinguis anas patinis. et stridulus anser abenis  
Conuenit et perdix: et rustica Catta. Columba  
Corte Capus satyra. qui certas nunciat horas  
Abuolat. et laetae secum fert viscera cenae  
Nec desunt Libyee vel aues vel Phasidos vnde  
Nec Cignus. nec Pavo suas qui respicit alas  
Effera nec calidus fastidit fercula venter  
Cervus. Orix: Doicas: Onager: Vulpesq; Lycan  
Efficiunt nitidae: dulcissima prandia: mensae  
Perfundunt largo: sicientis guttura: Baccho  
Et suavi patulas distendant nectare venas  
Zeta Martinum clamando voce beatum  
Concelebriant. Geniumq; loci: saniq; patronum  
Dicunt. ut lautam presenti numine mensam  
Obfirmare velit precibus votisq; precantur  
Quisq; sibi densos generosa vite triones  
Stipat. et ad nomen patroni largiter octo

Exhaurit Cyathos. et labra madentia larano  
Aspice pacato miseros: pater optime: vultu  
Auxilioq; tuos inquit Martine clientes.  
Sustenta. vicijs scateant ne corda nephandis  
Aegraq; Letifera pereant ne corpora peste  
Sanus ab hys placidis exclusus menibus hostis  
Inuadat gentes diuina lege carentes  
Religio nostros par & concordia muros  
Et patrone tuo & Jacobi p̄ncipis actu  
Diuite qui cultu venerandas instruit aras.  
O Martine tuas solita pietate colitq;  
Protegat: & rerum firmas concedat. habenas  
Concedat fruges: pecudes. et vina: ferasq;.   
Soecundas pariter numerosa prole puellas  
Que te que dominū Christum cōmendet ametq;  
Hanc omnis cetus non paruo murmure vocem  
Comprobat: et grates Martino reddit amicas  
Quod sua mellifluum condidit gratia potum  
Iusta q; presenti firmarit numine verba  
Hoc etiam festo quiddam nec inutile dictu  
Casta sacerdotum custodit turba suorum  
Annua que diuo mittit munuscula Petro  
Nomine Martini: vetus est hic vsus auorum  
Ut puto qui cesa iungebant foedera Poica  
Et delubia sibi placito vicina regebant.

Consensu. et veterem sic agnovere parentem.  
Diuini cultus Petrum: quam deinde secutus  
Martinus paribus ciues urbemq; tuetur.  
Auspicijs. & lar sancta vigil excubat aede  
Hoc natalicium quod dat bellissimus hospes  
Pontifici Petro munus. dignissime nostrae.  
Nunc p̄nceps opere panis aduerte docebo  
Porcus inaurato grunit pinguissimus ore  
Sit licet hiscenti fuluo curuamine rostrum.  
Occlusum porno. caudaq; superbit eadem  
Pimifero recubans miro conditus odore  
Vase piemens humeros ingenti mole duorum  
Qui penetrant varijs distantia compita vicis  
Alba ducum gyrant ipsum vexilla potentum  
Que caput extrema sibi quilibet angulus ora  
Magna ministrorum comitatur pompa suorum  
Istj portant piceae: rutilantia lumina: tebae  
Ligna gerunt alij cum fascibus arida iunctis  
Et Phogeciaco plenum isti pane canistrum  
Illi mauros densato vimine botros  
Cuncta capax multi superat tamen amphora vini  
Singula patroni quam signat littera sancti  
Hec etenim curas & tristis nubila mentis  
Execut. urbano soluens conuiuia risu  
Que crassum excipiunt diuino munere porcum

Nomen habet Petrus: carnes vorat ipse minister  
Et Croco succas perfundit iure rubentes.  
Grandia mirificae restant miracula vitae  
Martini nostrae non inficianda Camenae  
Dis ea Lusacio modo si foret apta Poetae  
Scribere vulgari rem tantam carmine diui  
Que vel Meonij numeros sibi poscit Homeri  
Carmina vel saltem Mantuani culta Maronis  
Experiar timidis Martini gratia ceptis  
Absit et aequoreas regat incita vela per undas  
Nectamen: ut supra cecini: miracula pandam  
Omnia, sed paucis contentus cetera lector  
Sedulus inueniet libris complexa sacratis  
Odiar et vitae monstrabo exempla prioris  
Mor obitus etiam quedam vitaeque secundae  
Non cruce signatus quidam nec Crismate lotus  
Occidit ad vitae: dulcissima fila: reductus  
Martini precibus, durissima tartara fugit  
Alter funesta iugulum sibi recte ligauit  
Exorquens animam, foelici redditus aurae est  
Tertius a Stigij adolescentis motuus undis  
Redditus est matri gentis spectante cetera  
Ex qua non pauci legem foedusque sequuntur  
Ihesu: pontifici debent noua pensa fidei  
Purissima reliquie tribuerunt lumina ceco

Inuico: et gressum pedibus qui debilis erat  
Tanta est Martini virtus: tam mira potestas  
Cuius nos meriti tutela fidesque fauorque  
Adiuuet: et rutili traducat ad aethra coeli  
Quod pater et natus: Flamensque utrisque beatus  
Annuet, et graciles firmet ea numina versus  
Quos et Martino et Custodi rite dicantur

## Ad Guilhelmum de Hoenstain reple sancti Martini Custodem.

Verec qui specie: facundo vincis Vlyssem

Ore, homo Cyrum, religione Numam

Ingenio Sabium: prestantem Marte Camillum

Diuicij Syllam: dexteritate Titum

Hoc tibi Pamponius commendat carmen alumnus

Qui vigil in nostra sedulus vix manet

Custodit placida venerandos pace ministros

Christi, et precipuum plebe sequente ducem

Perlege natales: mores: vitamque probabis

Martini, ac animi pignora vera mei

## Ad Bertholdum Archiepiscopum

Sedula Palladij Antistes sanctissime Iudi

Cura tibi est (quando res dura: laborumque molestus

Sesta fatigatae concesserit oia menti)

Ut stabili cunctis prescribas lege magistris

Quid iuuentis doceant Germano sanguine natos  
Quo faciles tenero nascantur pectore mores  
Barbara crassiloquo decedant verba palato  
Aspera precipitisq; cadant iam murmura linguae  
Et res privatae crescant / et publica surgant  
Comoda. Germanisq; accedat gloria nostris  
Ne tantum frameas quatiant. hastilia frangant  
Quadrupes pascant: vros venentur et apros  
Ingenuq; quibus est animi vis: gratia. virtus  
Sed discant artes. componant carmina: Jura  
Enodent. patrias laudes / et fortis tristis  
Gesta canent belli. praeclearaq; facta virorum  
Qui propiis seuos pepulerunt sedibus hostes  
Certaq; belligeris exempla nepotibus augēt  
Nam Chyron. Phoenix. Nestor. Cato. Scipio. Caesar  
Terribilem placidae Martem iungere Minervae  
Sic Graecis nomen. Romanis fama. decusq;  
Et simul imperium devicti creverat orbis  
Quosq; sibi fuso nostri peperere cruore  
Maiores: quorum nos haud indigna propago  
Semine sed sceptri et virtutis dicimur umbrae  
Quando nec Musis operam damus omnibus acrem  
Arma nec horis omni tractamus bellica Martis  
Delicijs capti Veneris. Bacchiq; furentis  
Sortis mollicies corrumpit pectora talis

Peruenitq; bonos insana licentia mores  
Tano etiam ducibus. divisiq; rependit honorem  
Tano colit socios. aliqua vel laude propinquo  
Inter nos odijs uno de germine facti  
Certamus. si quando furor. metus. ira. libido  
Impulcit ferro decernimus. omnia bello  
Intestina ruunt: vrbes exertimus. artes  
Strangimus. et fratres infanda cede necamus  
Cominus. et patrios raro custode tuemur  
Sines. quos bellax infesto milite Turcas  
Praetere. et pingues Styrio rapit agmine praedas  
Illyricos penetrat. Venetos premit Euganeosq;  
Quid fines memoro: media regione vagatur  
Hostis. et exitium Christi cultoribus inferit  
Diripit. incendit. vastat: populatur: et aufert  
Captivos victor. duris constringit habenis.  
Detractus patria. natis: vroribus: aris  
Et cogit miseros totis servire diebus  
Turpia mercatus. certatim lucra dolosi  
Blandicias Cyprie molles. vel dona Lycet  
Ebia. vel vetitos ludos: vel dicta nefanda  
Sectamur. studij sit mentio rara probati  
Baraq; virtutis vel cura. vel ardo: honoris  
Que potiora putans. princeps aequissime Colles  
Gymnasiij tutor: lo cupletis maximus vrbis

Rectoꝝ. ⁊ aeternae clarissima religionis.  
Maieſtas ludum renouas. ingentia culto-  
Præmia virtuti. ⁊ ſtudio ſua munera cepto  
Ponis ⁊ argutos poſita mercede magiſtros  
Allicis. et patria iuuenes pietate modestos  
Juſticia proceres. ſubiectos pace gubernas  
Ergoq; te ut patrem populus timet. ornat. honorat.  
Aetatem puiami. aut ſerum tibi Teſtoris acui.  
Optat. ⁊ aetheriam poſt fata precetur ⁊ oret.  
Aulam. qua regnat facti q̄ maximus orbis.  
Conditor. et vitæ ſpes noſtra. fideſq; ſaluſq;  
Pugnaces noſtri Gallos vicere parentes  
Ut veteri celebis carmine fama refert  
Noſtris laurigeri ducibus creuere triumpho  
Candidaq; imperij lilia torſit auis  
Solus Alexander patria pro laude duellum  
Excipiens fortes ſub iuga miſit auos  
Et ſuperat gentes modica virtute potentes  
Parthæſis aſtrifero quos videt Urſa polo  
O ſi magnanimū referas mihi Roma Camillum  
Marcia vel præſtes Caefaris arma tui  
Qui tumidam Galli criſtam rupere ſuperbi.  
Efferaq; imiti ſubderet ora iugo  
Sed quid Roma tuas. ⁊ non Maguncia vires.  
Erigo. Bartholdo Gallia victa duce eſt

Gallia victa triplex. nam tot ſuis incola partes  
Scripſit grāmaticus ſiccus: acerbus: iners  
Quare victori clarum decerne triumphum  
Bertholdo. quiſquis liber ab hoſte tunc eſ.  
**Ad Jacobū de Libenſtein Archi-**  
epiſcopum Maguntinenſem.  
Luſaca iam Elio pleno muſſauit in anno  
Quo ſeruas vrbiſ princeps Jacobe ſacratae  
Imperium: ⁊ ſanctas templi moderariſ habenas  
Quas non nobilitas: nec opes: nec factio diſcoris  
Ambitione humilis tibi dat: ſed candida virtus  
Cui nihil argentum: tempeſtas: prædo: vel hoſtis.  
Diripit: aeterni certa eſt poſſeſſio fundi  
Nec quenq; tanti cepit ſplendoris honorem  
Qui non aut vires animi ſuperaret iniquas  
Aut humeros premeret tantarum pondere rerum  
Quas vel foecundo geſtas in pectore ſolus  
Vel modo perſpicuas emittis leuis ad auras  
Que vel ad imperiū ſpectant vrbiſq; fauorem  
Magnanimi tumidam placuſti Caefaris iram  
Totaq; Oliuiferam retinet vicinia pacem  
Diuinæ caſtum vel religionis amorem  
Ad piſcos reuocas mores: ritumq; probatum  
Ut ſit pura manus: mens nulli obnoxia culpa  
Quaſi q̄ ſmotus venerandus vota ſacerdos

Suscipit: mundas supplex accedit ad aras  
Pinguis Junoni tamen hic non vacca superbae  
Mactenturue Joui pstantis viscera thauri  
Sacra redemptori referens libamina Christo  
Qui nostri causa celso delapsus Olympo  
In Mariae clausum prorepfit virginis utrum  
Divino capiens generosum e femine corpus  
Hic nos a tetra Plutonis morte piauit  
Et iubet ad superos extollere lumina coelos  
Qui capiunt animas non vlla foide madentes  
Et prestant merita: dignissima premia: vitae  
Hoc cernens animū claris virtutibus ornas  
Iusticia: pietate: fide: spe: dexteritate  
Et que per paucis nostro mortalibus euo-  
Cordi sit virtus. Venerem que despicit omnem  
Hīs comes est. seu quod fama cognoscitur ampla  
Maxima gestorum fertur regina tuorum  
Quanta pudicitiae laus sit testata vetustas  
Dicitur. exemplis complectens plura duobus  
Hebreo palmam Iosepho contulit vnam  
Altera Thesidae steterat victoria magni  
Qua duce formosam refugit: noua cura: puellam  
Soedaq; lasciuis refrenas ira ministris  
Hac duce Martino celebras genialia diuo-  
Sesta. vel excelsis offers: tua munera: fanis

Qua duce vinaces sapientis Nestoris annos-  
Erigis. et superas post fata nouissima ad arcus-  
Nigrabis. duplicisq; poli sedisq; beatae  
Que neq; pontifici post relligiosa Metello-  
Sacta: data est medio simulachrū Palladis igni  
Eripiens oculis misere pīnatus vtrisque  
Dehinc Barathri cecas cecus descendit ad vmbrias  
Sed neq; Pompiliū tenuit qui scepra potentum-  
Aeneadum et pīmas mentiti numinis aras-  
Erruxit. populiq; sui: fera corda: deorum  
Religione domans cultu delusit acerbo  
Spiritus aetheria penetravit fulgida sedis-  
Limina. ad Elysios sed tristis proruit agros  
At si longeuam Antistes mitissime vitam  
Subiectisq; tuis optat te viuere Clio-  
Lusaca. coelestes serumq; volare per oras  
Ut maior veniat: quanq; nil amplius addi  
Posse putent homines vitæ melioris aceruus  
Et sua fatidico repleatur Apolline vena  
Que tua magnificæ fundet preconia laudis  
Virutesq; tuas vastum disperget in orbem  
Hoc positum in dijs est: id pulchro in pīncipis vsu  
Docto Palladium q; versas pectore turbam  
Pīmia multiloquis q; pendis longa cathedris  
Consilioq; adhibes docuit quos vsus et artes

Nec fortuna tuos mutat blandissima mores  
Imperijue status. nec fulvi copia nummi  
Pauperie nisi forte velis dare plura grauat  
Et minus exacto ciues defendere censu  
Inde omnes hylari mecum te voce salutant  
Slaucomi iuuenes: caniq; aetate parentes  
Matronae multa gaudentes prole pudicae  
Virgineusq; chorus: monachorum sedulus ordo  
Magna sacerdotumq; cohors. ac turba tuorum  
Sublatis feriunt tenues concentibus auras  
Aureaq; attingunt animoso sydera plausu  
O pater o princeps seculi iustissime nostri  
Gymnasiij columen: decus vrbis: regula morum:  
Templorum rector: conservatorq; salutis.  
Vive nouo tutus patefit tibi portus in anno  
A rapido fragilem qui tentat turbine classem  
Promittens placidam festina pace quietem  
Mollia sacrificis succedent ocia rebus  
Et proba semianime producet vita senectam  
Parca nec incurua fluitantia stamina falce  
Amputet: inferno donec stent corpore vires  
Libera criminibus mens sit vicissq; soluta  
Sic deus omnipotens cunctis venerabitur horis  
Et dabit aeternae coelestis gaudia vitae.

## Ad Georgiū Palatinū Aedis diuī Martini Maguntine Prepositum.

Clarum nobilium stemma Quiritium  
Auratum celebrant qui Capitolium  
Georgi. veterem ducis originem  
Annales repetes si modo conditos  
Multas inuenies: diues: imagines  
Illorum Phrygio qui genus a duce  
Euandroq; trahunt nobile ab Archade  
Hic magno in Lazio celsa palacia  
Antiquum proprio nomen ab oppido  
Sumens: tecta suis regia membris  
Instruit. varijs clavis honoribus  
Eternum teneris stemma nepotibus  
Liquit: magna tuis gloria patribus  
Hinc nomen proavis et tritavis suum  
At te Boia magis natio commouet  
Et iam Rhenicolis addidit vrbibus  
Venit. militiae gestaq; puistinae  
Insigni viridem laude propaginem  
Sulcit multiplici palmite germinans  
Vitis magnificum leta parentium  
Secundis generat maxima surculis  
Regnis ac profugis commoda gentibus  
Dnas purpureas mustae dulcia

Aut botros acidos vinaq; pendula  
Quis vel religio: vel fera prelia  
Miserentur: tibi stant religio dei  
Corde. et par animo candidioreno  
Quam charis placeat fratribus ocium  
Qui bellum cupiunt: castra vel hostium  
Scuto: vel gladio: casside: lancea  
Accincti rigidis rumpere viribus  
Ut victor: Libyae Scipio perfidiae  
Aut Troie domitor: fortis Achilles  
At tu lira gerens alba colis deum  
Libum pro galea suscipis gerea  
Pro scuto calices: pro lituo preces  
Et pro cede graui: sanguineam crucem  
Complexus domini. qui tibi gratiam  
Confert. et patrio preposuit lari  
Martino. et regimen contulit eminens  
Quo delubra dei splendida maxima et  
Aras celitibus construis aureas  
Et vel thure deum: vel precibus tuis  
Placas: pauperibus munera diuidis  
Egrotosq; iuuas. et miseros tegis  
Augustisq; patent atria postibus  
Accessu faciles: mitis in ocio  
Nonnunq; lyra vel garrula tibia

Laxat sollicitis corda laboribus  
Es comis famulis atq; clientibus  
Concois egregius fratribus. et pius  
Cunctis: qui pariter tecta habitant tua  
Et qui presidium rite petunt sibi  
Ut Caesar Titus: et Scenola pontifex  
Glorientis remanent laudibus integris  
Sic famam celeberrimum nomen et inclitum  
Lactus. sydereo dignus eris polo  
Georgi decus et gloria principum

## Ad Eundem

Parua dat incultus princeps munuscula Vates  
Maxima si posset dona daturus erat  
Hec tamen efficies sapienti pectore magna  
Si nouus: ut poscit: dulciter annus eat

## Ad Johannem Palatinum.

Annus progrediens nouus  
Te multo cumulet: Regule: munere  
Prestantes Zophie viri  
Et pulchro tenerae more puellulae  
Grex vulgt quibus it comes  
Illustri celebres stemmate principes  
Diuus coelicolum chodus  
Omnis muneribus vincere maximis



Certabunt hodie suis  
Ut circo leuibus curribus extimo  
Vel cursu stadij's leui  
Piumi Castalij's atria versibus  
Et dulci ferient sono  
Ille quis uiole sunt et Amaracus  
Imponent capiti tuo  
Festiuis manibus ferta uirentia  
Chlenas rusticitas breues  
Vestes purpureas: aurea pocula  
Et gemmas plactas dabunt  
Quos fortuna oculis aspicit obujs  
(Et quod lumen habet vaga)  
Cum sit ceca bonis: improbulos uidet  
Illis nec stabilis manet  
Discedit rapidis ocyor: Aphyiciis  
Currentem superans rotam  
Ingens coelicolum copia munerum  
In corpus recedit tuum  
Saturni grauis est caucio syderis  
Mores a Ioue sunt probi  
A forti stabilis Marte ferocia  
Phoebo religio placet  
Ardens Lucifero gracia candido  
Motus Mercurio celer

Phoebe splendebulo fert tibi Regulo  
Virtutem ingenij suam  
Externisq; sinum muneribus tuum  
Lumen Rhomulidum uetus  
Explet Baciferis Pallas olimulis  
Et spicis grauidis Ceres  
Et tu dulcissuis Bacche liquoribus  
Perfundis domini cados  
Sed non ulla magis dona tuum mouent  
Pectus. q̄ celeris bee  
Arcus: rete: canes: spicula: quadrupes:  
Belli principij feri  
Hoc Cyrus rigido persa negotio  
Ducebat Babylonios  
Et trux Hannibalem Roma tulit ferum  
Clarum militiae decus  
Sicet bella iuuant et fera belua  
Quam morsu retinent canes  
Ut Vulpes: Lepus: et Dama: Lupus: Capra:  
Vri Sus nemoris feror  
Hoc sollers studium et sollicitus labor  
Vires ingenij citat  
Succisina iubens tempora commode  
Romanis dare litteris  
Et lauros hederæ iungere floridat

Quod dux Jane facis pie  
Natalemq; diem et festa puerperae  
Que verum genuit diem  
Pura mente colas. auspicio bono  
Annus sic veniet nouus  
**Ad Henricum Palatinum.**

Ardentes hominum cupiditates  
Multis imperitant. geruntq; moem  
Si constat ratio. frequens vel usus  
Vel rerum experientia probarum  
Confirmans animos facit peritos  
Conseruatq; modum. sed appetitus  
Effrenis rapida furit procella  
Mentes e stabili loco feroces  
Trudit precipites: nec vlla vis est  
Que possit celerem tenere iactum  
Non sic trux Boreas volans ab Urfa  
Percellit pecudes: renellit herbas  
Et quercus subito quatit tumultu  
Sirmatasq; hominum domos timentam  
Quare diuicias vel impotentes  
Slauentesq; Tagi petiuit harenas  
Mortales cupiunt ruunt et optant  
Sortuna Priami bonam potentis  
Vires Hectorias. loquelam Ulyssie

Annos Nestores: Salubre corpus  
Illum regna iuuant. grauis potestas  
Hunc pulcher somipes. canisue placat  
Veloꝝ. hunc etiam leues puellae.  
Que vel more proba. vel elegant  
Precellant facie. vel ore blando  
Spirant Balsama: Labanum. Cyperum  
Oblectant: studio vel hic tenetur  
Soelix ingenio: sacras Camenas  
Virtutesq; sequi cupit beatas  
Huic est. religio: deiq; cultas  
Qui castae Mariae reliquit aluum  
Nascens terrigenis tulit salutem  
Vobis perpetuam polo beatq;  
Cure res alias putat caducas  
Cum nil obsequij: sacri fauoris  
Aut Christo puero aut sue parenti  
Prestant hic precibus pioq; thure  
Placandus vigili foret labore  
Natalis sacer est dies eritq;  
Dum sol et tenebras fugabit attras  
Et lucem timido ministrat orbi  
Quem tu magnifico satis paratus  
Dux Henrice pio fouesq; cultu  
Soelix augurio nouus sit annus

*Semper carmen ut hoc tibi precatur.*

## **Ad Wolfgangum Palatinum.**

*Soma: genus: mores: studium: Wolfgange: voluntas:*

*Promittunt animi: forcia gestatui*

*Lucida gemmifero dum prodit palmite gemma*

*Producit foetus sole calente graves*

*Sic clarus Juvenis veteri de stirpe create*

*Virtutis paries pignora multa tuae*

*Tunc te purpurea vestit praetexta: tuoque*

*Aurea de collo bulla micare solet*

*Cum vero tenerae molli lanugine malae*

*Et toga iam fortem insperet esse virum*

*Marcia magnanimo tractabis pectore bella*

*Eximius ceso victor ab hoste tuus*

*Manlius ut victo prius certamine Gallo*

*Conspicuis fulva torque redibis ovans*

*Impiger ut nigro comitatus ab alite victor*

*A nomen fusca nobile cepit aue*

*Ut spolum referes alter Marcellus optimi*

*Et figes sacris: multa trophaea: tholis*

*Utque alta pullos Jovis ales ab arbore ducens*

*Demonstrat pedas: ungue tenente: novus*

*Sic huc illustri missus: Wolfgange: parate*

*Disce bonas artes: Pieriumque melos*

*Quo nil ingenio est homini: nil dignius ipso*

*Principe. qui scite seque suosque regit*

*Et studiis iustus: clemens: pietate verendus*

*Redditur: et populo scit dare iura suo*

*Nec tantum in rebus delectant ista secundis*

*Sed magis afflictis remque focumque dabunt*

*Ille Syracusia depulsus ab urbe Tyrannus*

*Grammaticae Rhodijs: prima elementa: debet*

*Inclutus antiquas Dion suscepit arces.*

*Imperij et Siculi: regna beata: soli*

*Disce igitur sacras: Wolfgange: adamare Camenas*

*A quibus et virtus: regna: decusque venit*

*Samaque non villo celebris moitura sub evo*

*Que venit ex meritis: Regule diue: tuis:*

*Hoc breue preclara capies ista indole carmen*

*Quod vel ab officio. quod vel amore datum est*

*Et Genium placato tuum. Musisque litato*

*Ne fluat incauta: qui venit annus: aqua*

*Vineque Titani: vel cunctos Nestoris annos*

*Spes patris. populi: lausque salusque: tui*

## **Ad Philippum Comitem de Kunigstei**

*Quisquis nunc studium captat idoneum*

*Aut tecti tenebras deserit abditas*

*Jucundumque fugit sedulus otium*

*Quod fert blanda voluptas*

*Sortis milliciae Comes*

Contundit populos viribus efferos  
Sen Parthi fuerint seu Garamantici  
Sen crispi Aethiopes .sen potius Scythe  
Intonsis turba capillis  
Aut merces petit Indicas  
Mor costum folijs portat olentibus  
Nardi fasciculos .vumine spiceos  
Nigrum fert Hebenum malaq; Palet  
Sicus grana patentis  
Soer mellifluous simul  
Ille aras modico tempore plurimas  
A summo pecijt Pontifice frequens  
Ut se vel catulos vel dominam cibo  
Lauto pascere pigram  
Tempus possit in ultimū  
Pauci Cecropiam visere: Pallada  
Curant: Pegasei vel pia numina  
Sontis. vel medici scita Machaonis  
Sancti aut acta senatus  
Aut culti bona Tullij  
Znicincta est canibus silua sagacibus  
Modosiq; plagis z iaculo graui  
Quis ceruos timidos atq; lepuseulos  
Apros dente feroces  
Montanosue lupos capit

Qualis te assiduis cura laboribus  
Exercet pluuia: frigore turbine  
Et feruore: fameq; excubijs siti  
Crescunt sic animorū et  
Vires corporis ardui  
Sic quondam Cephalus Nestor Achilles  
Theseus Hippolitus Castor Olyssus  
Pollux z Chelamon Nilanion quoq;  
Ingens turba Dianam  
Venatu coluit deam  
Tunc multos Venus z cura pecuniae  
Transuersos agit. z fastus. z ambitus  
Torquet. mollicies lusus z ocium  
Ludus talus z orca  
Frangunt ingenuos viros  
**Ad Eundem.**  
Sunt tibi venanti duo: sunt duo numina vati  
Delia cum canibus. cantor Apollo fide  
Tu silue cytharam .connectis Apollinis acent  
Ne nemus oblectat. Calliopeq; Chelys  
Illa suo tenues tendit mihi pollice chordas  
Intendit nervos : candida nimpha: tuos  
Vis tecum mutem . tua sit Iyra: pone pharetram  
En ego venator. tuq; poeta bonus  
Carmina tu pandas nitidae iucunda puellae

Concedet a iaculis: belua torua: meis  
Jam me nil urbis sublimia tecta superbae  
Nil iuuat auratis: culta puella: stolis  
Sena Leena mihi vel Tigris blandior effe  
Quam fera carminibus femina dicta meis  
Cernere me nigris nunq̄ dignatur ocellis  
Nec roseo gratos fundit ab ore sonos  
Ac etiam accessus non spectat perfida nostros  
Sed fugit in gremium forte puella tuum  
Mollia purpureis figendo basia labiis  
Te beat et vatem me cruciat miserum  
Ne miserū: dilecta meum quod spernit amorem  
Spernit et assiduas: bestia dira: preces  
Et spernit versus. quibus est iam tempus in omne  
Inter fouosas connumerata deas  
Sed mihi que veteri (fugit hora reditq; Cupido)  
Dura erat. hoc anno mollior esse potest  
Haereo. cum vento turgent tua vela secundo  
Et rigidus tuta stet tibi remus aqua

### Ad Eundem.

Hoc tenerum fausto missum tibi carmen in anno  
Inclute porrecta per lege fronte Comes  
Seria festiuis carnes commixta loquelis  
Anni pro Xenio sunt tibi missa noui

### Ad Vrielle de Gemmigen Decanū

Tanta tibi grauitas: tanta est prestantia mouum  
Sobrietas victus: religioq; dei  
Ut dubitent faciles tua visere limina versus  
Quos struxit tenero: Lusaca Musa: pede  
Et pia simplicibus nunc saturnalia verbis  
Explicat: et Jani: commoda puiscā: ducis  
Janus stelliferae cantatur ianitor aulae  
Ut Petrus clausas continet ille (seras)  
Hunc duplici pinxit facie rudis illa vetustas  
Incipiti sollers omnia fronte videt  
Candida pax illi placet et fera paelia parent  
Temporibus certas. datq; regitq; vices  
Principiumq; nouus faustum capit annus ab illo  
Et veteris functo tempore finis adest  
Dulcia clementi mittuntur dona patrono  
Gaudet et accepto: femina virq;: stipe  
Quid capit Vrielle me. nisi dona Camenae  
Pauperis. et Tetrica: carmina: fronte legat  
Carmina vel rigidus legit Cato. deinde seuerus  
Crassus. cui risus trux inimicus erat  
Quem semel in vita solum risisse fatetur  
Primus qui Satyrā condidit omnigenam  
Pierio sancti sunt pleni carmine libri  
Carminaq; omnipotens audit amena deus

Pone supercilium docte post facta Minerve  
Sacraque delubri. pauca notata lege  
Que sunt ingenua nimirum mente profecta  
Et dicunt laudes: clare Decane: tuas  
Non quas nobilitas. vel opes: vel forma: vel actas:  
Prestant in medio sunt ea fixa loco  
Quisque sibi partem. vel rotum. vendicat unam  
Sic licet ignavus. strenuus ipse licet  
Sed quas et studium. labor. usus et ardua virtus.  
Ingenio pariunt: magne Decane: tuo  
Pro studij pulchro viridi certamine lauro  
Signarunt docti: tempus utrumque: viri  
Qua tibi Mesalleni tibi faciundia cedit  
Et Bruti pectus. presidiumque Titi  
Somula Manlij et Masuri rubrica periti  
Sanctaque pontificum: cognita iura: tibi  
Pro cultu vitae. pro religionis amore  
Nunc tibi nunc morem sacra cetera gerit  
Que tua sectatur celeri tentoria passu  
Militat in castris: nocte dieque: tuis  
Sociis linigeris metantur castra ministris  
Martini celsa semper in aede laris  
Hic vallo et fossa muniti demona pellunt  
Hostem solliciti corde: canore: prece  
Victores alij sua poscunt tempora fronde

Heraclea cingit pars et Apollinea  
Virtea nonnullis caput exornare corona.  
Assolet: et crines: ciuica feta: decent  
Aurea victricis decoratque corona triumphos  
Conueniens capiti: diue Decane: tuo  
Casta sacerdotum que seruas castra tuorum  
Et censes pleno: signa sequenda: gradu  
Stare vel assidua cunctos statione paratos  
Et conferre manus: hoste volante: suas  
Observare tuos omni que in tempore nutus  
Mandas ne lato longius ungue meant  
Neu linquant sacri: subsellia lignea: templi  
Clamosique premant: sara lutosi: foci  
Aut densi temere pingues spaciuntur ob aras  
Et fundant claro: garrula verba: sono  
Ne fugiant celeri venerando e limine gressu  
Cum fruges pedibus comeruerit suis  
Ut lupus eximiam rapuit cum predo capellam  
Effugit in latebras: antra remota: suas  
Soelii est igitur nostratis temporis aetas  
Qua sequitur vigilem: mystica turba: ducem  
Qua pudor: obsequium: reuerentia: cultus et ordo  
Seruatur templis: coelicoleque deo  
Soelii Martini ritus: foelixque patroni  
Gloria. et imperio digna: Decane: tuo

Soelix quod tanta est magni tibi gratia Christi.  
Ut sancta cunctos religione regas  
Principio noua cura nouo bene conuenit anno  
Vobileq; exacto sine probatur opus  
Quod te magnifica celebrabit laude Decanum  
Et Genij vires: eloquijq; decus

## Hymn<sup>9</sup> in laudem diue Barbare.

Virgo de claro generosa patre  
Nata. coelesti sua vota Christo  
Exhibet nulli tolerans marito  
Tubere virgo  
Nanq; pictorum dominus polorum  
Conditor rerum celebris. pudicam  
Hanc sibi sponsam meliore sorte  
Legit amatq;  
Tanq; miranda specie Prometheus  
Sinxit: ut qua non Helenen peritus  
Zeusis: aut Choam Venerem magister  
Pinxit Apelles  
Pulchra non vllus sua membra turpis  
Occupat neuus. rubidus genarum  
Leuium culto nitens colorq;  
Corpore fulget  
Sicut in vitro rosa perspicua  
Lilio certat niveo rubetq;

Ore sic tota speciosa virgo  
Barbara cultu  
Mente. si possis animum videre  
Pulchrior: mitis fuit et benigna  
Et dei cultrix placidq; prestans  
Testis amoris  
Compta multorum petijt procorum  
Turba formosae thalamu puellae  
Respuit cunctos animo virili  
Barbara lectos  
Blanda nec caecae Veneris voluptas  
Non hymen nuptae deus impudicae  
Qui solet castam religare zonam  
Pectore sedit  
Caia non sponso voluit proteruo  
Dicier. tedas refugit calentes  
Igne nec plantis teneris molestum  
Lumen adegit  
Voluit certis uterum grauare  
Soetibus: cunas pueris nec vllas  
Instruit. dulci nec armena turgent  
Vbera lacte  
Non terit saxo segetem molari  
Nec coquit panem stomacho saluberr  
Nec coli pensum minuit nec acri  
Pectine terit

Que forme matres cupido iugate  
Coniungi. crebro repetunt labore

Nec deum facto recolunt nec ois

Qui regit orbem

Quiq; virtutes dare vult decentes

Et probos mores: placidamq; pacem

Resq; mortali generi et supernae

Premia vitae

Celibem duxit veneranda vitam

Virgo: sublimi bene clausa turri

Supplici Christum prece: corde: voto

Semper adorans

Nec sibi numen veteris Dianae

Ignis aut Vestae nimium pudicae

Aegis aut docte placuit Minerue

Impius error

Regia Christum Maria creatum

Credidit passum colaphos: flagella

Et crucis mortem: sua ne periret

Qua genusq;

Mente virtutes superas acuta

Angeli vires celeris potentes

Et statum vitae stabilem futurae

Sepe reuoluens

Cuncta fallacis bona viciat orbis

Gloriam vanam: vel opes dolosas

Regna vel luxum veritum: vel atram

Deniq; Parcarn

Molle ferratis lacerata corpus

Ungulis: tostis latus vstulata

Laminis: sancto dominum fatetur

Uomine Christum

Pectus abscissis patulum papillis

Spirat arentes Casias Amomū

Cinnamū: Stactem: Balanum: Crociq; et

Thura Sabara

Que suo flatu potuere gentes

Infidas rare sociare sectae: at

Toruns idolo pater execrando

Liba resoluit

Integrae vitae: scelerisq; purae

Silie. stricto caput amputante

Ense: de celo perit vitus alto

Sulmine tacto

Spiritu sponsi thalamos soluto

Scandit. aeterna recubans in aula

Premium vitae capiens peracte

Virgo beata

Corpus aegrotos tumulto sepulcrum

Curat a morbis. dubiasq; reddit



Ilico vires. volat hec rotundum

Sama per orbem

Sama denotos reficit clientes

Quo minus sortem timeant malignam

Virginis ductu quoniam nefanda

Bella quiescunt

Optimam summi o quociens tonantis

Graciam sensi domina petente

Barbara terre pelagicæ vici

Soeda pericla

Hostium seuas fugitans cohortes

Et truces magni pedicas Latronis

Vina foelicisq; habiturus aulae

Premia Dares

Barbara hoc vultu lyricum serens

Carmen. et quicquid datur a cliente.

Accipe et laete superis. deoq;

Virgo recanta

Quod tibi chermis rediens amenis

Saluus et turba iuuenum madente

Qui meum nudo iugulum petebant

Ense dicam

## Ad Adolphum Rhæne Scholasticum

Quem tibi casto mea dixit hymnum

Musa coelestis studio puellae

Barbare o nostre decus vobis ingens

Accipe Adolphe

Virginis laudes cupido recensere

Ore subiectis domino ministris

Quos doces ritus adamare sacros

Rector Adolphe

Illus fallax ope demon acci-

Pellitur. celso veniunt Olympo

Angeli et sanctas animas reportant

Nocte peracta

## Ad Eundem

In sacra teneram schola timentam

Per magnum fidei doces Magistrum

Hos da versiculos et canendos

Qui sunt vel titulo tuo notati

Et pro sorte bona nouo vel anno

## Ad Petrum Nothafft

Hospes eram castos peteret dum sacra penates

Turba sacerdotum splendide Petre tuos

Magnaq; doctorum fluxisset turba virorum

Que fuit et templis et fuit apta foro

O dii quæ laute ponebas prandia mensæ

Quam bonis aspectum fronteq; letus eras

Ornabas lepido vestas sermone Trapezas

Exhilarans calido : mēsa cerebia: mero  
Non mihi plus Tyriē caena placuisse Elisse  
Non Ioacho Phrygē quam dedit Alcynous  
Quam dedit Assuerus: quam Iarcho Sardanapalus  
Contulit Antoni quam Cleopatra tibi  
Sancta putabatur mihi cena fuisse deorum  
Structa per astra feris: lucida signa: poli  
Qua Pallas qua diua Venus qua prouba Juno  
Qua conuenisset cum Ione Mercurius  
Sic doctis vacue gaudent sermonibus aures  
Sic et mundicie et sic locus iste placet  
Pomponij nobis: cui cultae agnomen Athenae  
Prestiterant: faciem remq; laetamq; refers  
Et mitis prae te fers candida pectora Loeli  
Luculli lectas: more probante : dapes  
Sed tibi pro tanta quid possum reddere mensa  
Carmen. carminibus hūiq; hominesq; fauent  
Delphicus Archilochi cedem reprehendit Apollo  
Bacche Sophocleo funere tristis eras  
Magnus Alexander libidos dilexit Homeri  
Augustus tenuit dulce Maronis opus  
Et tu precipuus virtutis cultor honeste  
Ingenij fautor: vatis amator: ades  
Iccirco dignus quam tollat ad aethera versus  
Quem bona posteritas forte legetq; coles

Vincitur hoc vno tricenaria iniuria Parcae  
Ius habet in corpus: fama superstes erit  
Splendide: si mereor: rursus me Petre vocato  
Eliciet numeros : altera cena: nouos  
Et nouus ambobus veniet faustissimus annus  
Graciaq; aetherij fiet amica dei

## Ad Johannem de Hatsteyn

Dulcerenaescenti munus proficiscitur anno  
Vt sit multiplicis dulce laboris opus  
Hic dat Idumeas sincero pectore palmas  
Hic Siculi dulces sedulo mellis opes  
Hunc ficans calatho delectat Caenea pleno  
Hic fuluo docilem mittit in aere stipem  
Munere quisq; suum modo dulci donat amicum  
Et bene foelicis queritur omen auis  
Qua bonus incepto faueat successus in anno  
Cum sit agenda fois: res: vel agenda domi  
Ducit laurigeros crudeli ex hoste triumphos  
Niles: vt in propria dulce quiescat humo  
Mercator merces peregrinis aduehit onis  
Et faciat lucrum sorte fauente bonum  
Serulis et duris det fruges terra colonis  
Spumosoq; bibant: piguis musta: lacu  
Sordibus artificum magno contamine questus  
Affluat et gremium compleat inde sumus

Confidico lites. tonsori squallida barba  
Pelles sutori: ferrea massa fabro  
Allea ludenti: bibulo Anticaia vina  
Et sit amatori: Blanda puella: suo  
Et mihi docta suo facilis sit Amore Minerva  
Pibeat: et curuam: cantor: Apollo: lyram  
Nec tibi consulto desint res. material-  
Lignum: calx: plumbum: clavis: harena: lapis:  
Impiis rario qua celsam respicis aedem  
Martini veterum: condita tecta: patrum  
Vir Tuma clavigero constituit talia Jano  
Aut rex sceperigero: corde timente: Joui  
Non Capitoline certant fastigia cellae  
Sulgida nec placidae culmina pacis erunt  
Arduaq; Ephesiae cedant delubra Dianae  
Cunctaq; cum spretis diruta fana delis  
Turris et Assyriam sublimi vertice. molem  
Vincit ab ingenio tanta profecta tuo  
Et paries pluvio per te defensus. ab imbu  
Area raucisoni: qua patet illa: foni  
Estq; aditus quo se sancti pia turba senatus-  
Proripit: heroum reliquieq; cubant  
Hic multum vigili vir clementissime curae.  
Debet et ingenio: Curia tota: tuo  
Aurea Martini fulgent laquearia templi

Drunturq; sacris: mystica thura: focis  
Casto deuoti veniunt ex ore precatus  
Et ferit clatus: tecta superna: canor  
Coelestiq; puer Mariae de ventre creatus  
Et sua maiestas hac veneratur ope  
Cuius natalem festa coluisse corona-  
Proderit. et Genio vna dedisse suo  
Praesens Martini colitur quoq; numen amici  
Quod vigilat nostra semper in urbe libens-  
Quod tibi precipue cure est: huic tecta reformas  
Huic facis argentes thure calere focos  
Omnibus hoc votis celebraas precibusq; benignis-  
Placas: huic pura speq; fideq; litas  
Nec te pestiferi reuocat mala cura peculi  
Ambitione sacri magna sacerdotij  
Que multos furijs hac tempestate malignis  
Eragitans foeda punit avaricia  
Anxia que nullam permittit nocte quietem  
Efficit et mestos: effera pena: dies  
Prouocat vnanimes ad iurgia tetra sodales  
Mor Rome cupidum cogit adire forum  
Transeo funestas post mutua vulnera cedes  
Et data leuiferi: toxica seua: manu  
Liber ab hys vna contente vniis ab ara  
Et partem gaudes ponere sepe tuis

Partem pauperibus: partem largiris et aris  
Cetera pro cultu: pro dapibusque tenes  
Ad quas sepe vocas fidos in amore sodales  
Officio similes: consilioque pares  
Et quos ingenio censes pollere venusto  
Mouibus ingenuis: eloquioque graui  
Quod cum fama tuas de me venisset ad aures  
Sum celere structis iussus adesse cibus  
Sorte putas hominem tunc inuitasse: facetum  
Stridula cui fuerant guttura: lingua silens  
Lingua immota quidem: dentes crepuere feroces  
Strenuaque effudit: pocula plena: manus  
Inunc et vatem dapibus compasce voracem  
Qui vacuat patinas: vasaque siccant inters  
Illepido lautam qui pensat carmine coenam  
Et nouus ut foelix postulat annus eat  
Qui tibi milicia vel questu charior omni  
Dulcior et Siculis dicitur esse fauis  
Splendidior nummo qui fuluo cusus ab auro  
Obsecrat magnos: luce micante: viros  
Quo nihil eueniet credo foelicis anno  
Cum sanam mentem: et corpora sana habet  
Ipsa timere deum doceat ritusque sacrorum  
Quos retines certis: vir venerande: modis  
Simplicitate: fide: cultu: spe: religione

Cui comes est virtus: iusticieque decus  
Largaque parentidæ meruit que dactio mensæ  
Hoc natalicie munus habere notæ  
**Ad Theodericum Zobell.**  
Prospera bifrontis venerunt tempora Jani  
Qui paci et bello: phana dicata: tenet  
Quatuor aetherijs circumfert lumina portis  
Mutat et alterna: tempora fluxa: vice  
Sineque preteritum foelici terminat annum  
Incipit et faustos: sorte volente: dies  
Sacra per Ausonias statuit sibi festa Calendas  
Et petit a populo: thura merumque: suo  
At nos non Jano: sed Christo vota precisque  
Sundimus et templis: sacra beata: pijs  
Et multos veterum ritus laudamus auorum  
Delubris: victimis: moribus: arte: fide  
Mutua incumbis cum dona sodalibus eque  
Mitimus: aut Siculi: dulcia mella: faui  
Arida vel texta prestatur: Carica costa:  
Dulcis et hebreo: palma renata: solo  
Que tibi docte ferent dices patrone clientes  
Ut nouus ex illis dulciter annus eat  
Si quando nostris nascetur ficus in hortis  
Parca vel alueolis mellificabit apes  
Sicut et abiecti generantur seminis herbae

Et formica leues contrahit egra cibos  
Digna meo mittam generoso dona Sobello  
Quem genus et virtus: nobilitatq; decus  
Quiq; vel erimius facundo Laelius ore  
Scenola vel sanctis cederet officijs  
Auguro: ut viridis cinxit sua tempora lauris  
Infula sic nitidum cinget honesta caput  
Tunc ego vel fuluo factus locuplector: auro  
Vel magis Castalijs pectora lotus aquis  
Te pulchro merite donabo munere Strenae  
Vel potius nugis: docte Patrone: meis  
Quamq; Pegaseo non sint perfusa liquore  
Te capiunt miris: carmina nostra: modis  
Tanta tibi probitas: tanta est doctrina: boniq;  
Ingenij virtus: ingenijq; pudor  
Ut tanto sterilem dignaris honore poetam  
Afficere: et teneras voluere sepe notas  
Quas vel pro Croesi: vel Crassi diuite portat  
Munere Lusacij: parua Thalia: tui  
**Ad Iuonem Wittigis.**  
Sorcia pro Bacchi sacris mihi vina petenti  
Misti: huc tenui lenia mitte siti  
Que manus astuti non miscet adultera serui  
Nec coxit fumo: densa fauilla: nigro  
Nam sapiens artem superat natura dolosam

Plusq; iunat clarum: corpora lassam: merum  
Cum noua Lincano crescat mihi vitis in agro  
Replebo Cyathos: Iuo beate: tuos

## Extrudit Musam.

Improba patroni quate culmina docta Sobelli  
Calliope: et Iani tempora pande noui  
Qui veterem clausit referatq; benigniter annum  
Sortunatq; sacri templa sacerdotij  
Que sua deuota respergat victima cede  
Vel magis astricolis: hostia missa: deis  
Pumiciasq; legat Bromij Cererisq; fauentis  
Ut capiet partem: Sportula egenat suam  
Quam cum Vesanis habitare sororibus audes  
Cum penetret liquida: plurimus imber: aqua  
Et tuus aerias dominus colit arduus aedes  
Et cremat in varijs: maxima thura: focis  
Sac iubeas tectis renouare salubibus ipsam  
Sportellam: et comitis fracta cubicla tui  
Fracta cubicla tui iubeas renouare Poetae  
Si tibi patronus esse casaq; velit  
**Musa Poetam obiurgat.**  
Lusace quid facies: mercedem denegat Iuo-  
Soluere: pontificis clausaq; cysta tui est  
Longa Maguntinus sortitus fata Sacerdos

Nil testamento caruit abesse suo  
 Nec valet in foelix aliquot numerare tristes  
 Praesul. qui misero: remq; lacrimq; parent  
 Id tribus exhaustis precij sudoribus annis:  
 Penditur: et mensium: hec premia digna: trium  
 Cogaris ut comptae precelsa cacumina Spoutae  
 Linqere: et inuita vertere mente solum  
 Quis furor alterius promissa ve grandia ludi  
 Sectari: et proprias deseruisse scholas  
 Immodo Lusaciam repetas ingrata palestram  
 Et tradas pueris: carmina nostra: tuis  
 Tunc te non fallat labor: aut promissio Bheni  
 Est Odae labor. et stipis numerata tui  
**Ad Bernhardum Kuhorn doctore**

Pinus de gelidis excisa est montibus arbor  
 Magni veligoli fluctibus apta freti  
 Aptae peregrinas olim subducere merces  
 Quas vel mollis Arabs: vel niger Indus habet  
 Pineae mercifera facta est ex arborie mensa  
 Et duo pigro: um scamna parata natum  
 Hoc dederas Spoutae: solers Bernharde: misellae  
 Quae caruit tripodis sede: aboq; foci  
 Munera vel Lybico longe gratissima Lotho  
 Quae prohibet patrios sepe videre lares  
 Vel Mauram superant crispanti vertice Cirum

Quae fuerat Lacijs: arbor amata: viris  
 Pene et Apollineam vincant tua munera Laurum  
 Quae prebet Vati: florida ferta: tuo  
 Accipe vix cultis mea respondentia donis  
 Carmina sed mentis: pignora grata: mee  
 Vineaq; venturo multis successibus anno  
 Nec te vel luctus: vel terat ira Iouis  
 Parvulus ex utero castae tibi coniugis heres  
 Plascatur. foetus: gaudeat illa: suo  
 Et te concordia veneretur amore parentem  
 Soedera legitimiq; intemerata thori  
 Et paribus canos contingite cursibus annos  
 Vnaq; vos sacro contegat vna simu  
**Ad Johannem Kuhorn.**

Gentis honora tue Johannes fama Bouille  
 Censuris: ranci: magnaq; cura: foni  
 Impia clamorae frangis conulcia litis  
 Et reddis trepidis: micia inra: reis  
 Nemo fugit causas te defendente molestas  
 Te quoq; formidat iudice nemo crucem  
 Nec minus Ausonias nitido sub pectore musas  
 Spargis et eloquio: flumina larga: tuo  
 Quae tibi Selsineus rivo de fonte Philippus  
 Infudit pateris: ore patenti: suis  
 Et modo Thauronicas facundo colligis artes

Sermone et lepido pectora iuncta sale  
Mutua festiuis sequitur conuiuia risus  
Preside te grauitas nec minus apta loco est  
Scipio subtristem: sed comem Lelius vmbraam  
In tua transmisit pectora: corda: labia  
Quis tibi iucundos potes oblectare sodales  
Dum nouus augusta venerit annus aue  
Auxiliumq; tuo gratum prestare clienti  
Et dare Socratico: prandia mixta: sale  
Sepe quibus notum porrecta fronte poetam  
Pascis et emuncto sepius eloquio.

## Ad Thomam Wolphium Juniorē.

Visum Lusitias annue terras  
Thoma: Pegaseas vehens sorores  
Non rheda volucri: nec effedoq;  
Plaustris pannonicisue Thentonisue  
Sed stricto lacerae sinu lacernae  
Et non illeptida nec infaceta  
Lingua: difficili nec ore porro  
Quas iam quatuor hic pater per annos  
Ahenus sustinuit: poluit auxite  
Susurus rudium rigabo sicca  
Diuino iuuenum labella rore  
Iurnecti numeros canent sonoros  
Magni Grandisona tuba Maronis

Clari bella ducis vel acta regum  
Que vel Troia feror: vel alta Roma  
Seu Carthago mala fide rebellans  
Contemptuq; leuis tulit Coimthos  
Aut gestas potius soli paterni  
Res scribent varijs modis et apte  
Ut fert simplicitasq; veritasq;  
En nos Hannibales habemus acres  
Aiaces tumidos: vafros Olyffes  
Paulos magnanimosq; Mumiosq;  
Et cautos Sabios: et paruo  
Contentos Curios: graues Catones  
Si lux historiae foret latinae  
Ipsis auxilio: sacerq; Vates  
Clangenti streperet turba Lyrae  
Blanda. purpureos deorum amores  
Heroum celebres simul triumphos  
Concessas iuuenum cupiditates  
Et densos vetuli cados Lyei  
Et molli et lepido sono moueret  
Que cum discipulis nonis: amenis:  
In riptis Oderae fluentis opto  
Cum mens libera sit: labor faceffat  
Iusto: legitimo: nouo: decoro:  
Versu dicere: si modo sorores

Affuete liquidas sedere ad undas  
Rhent: aut rhetorice polire flore  
Illustrem tenere scholam iuvenile  
Inuite cupient: velint z ausint  
Necum Sarmaticas plagas profundi  
Piscosasq; Oderaē videre limphas  
Qui sublimia flexibus pererrat  
Curvis mentia: z oppidi vetusti  
Propugnacula turribus propinqua  
Sossarumq; cauas replet lacunas  
Largo gurgite piscibus scatendo  
Multis. octāpedes gerendo can. ros  
Quos vel prendere brachijs vel hano  
Vel nassis positis dolo vel arte  
Impune z medio licebit aestu  
Qua ludum Joachim nouum parauit  
Princeps: consilio: potentiaq;  
Et celfo ingenio: scientiaq;  
Doctae Palladis: z bone Camenae  
Quale aut delta suis ferax in agris  
Sancto Massilia aut probata more  
Tharsus libera: callideq; Athene  
Quondam gymnasium domū futurae  
Virtutis: pueris nepotibusq;  
Struxerunt animis z aere grandi

Sic nymphas Genio loci laticq;  
Confususq; opibus suis magistros  
Duros Grammaticos: leues zophistas  
Audaces Medicos: malos Poetas  
Vanos Leguleos: Theologosq;  
Rixosos: reliquosq; eque imperitos  
Tā solus sapiens deus bonusq; est  
Ex toto vocat orbe: liberalem  
Mercedem studijs daturus almis  
Et pulchri Titulos honois altos  
Annorum spacio trium sine vllō  
Argenti scrupulo. mina vel auri  
Zucme proripiam diserte Thoma  
Quo nil charius est amantijsq;  
Inter Rhenicolas mihi sodales  
Soelix vine: vale: memoriq; nostri  
Esto dum comes est salus: z artus  
Istos spiritus integer gubernat  
Sollers ingenium: nitor palati  
Et constans studijs: tenaq; cura  
Moum dexteritas: benignitasq;  
Quis culto Catulo vel eminenti  
Lucullo placide: probe: modeste  
Nequaris: titulo tuo notentur  
Paruis versibus Aesticampiani



Vatis pessimi z improbi et fugacis  
Sed fidi: facilis: p̄j sodalis  
Qui Musas colit. z suos amicos  
Seu vitam gelida trahit sub Arcto  
Seu lustret. calidum celer Canopum  
Aurorae tepidum venit sub ortum  
Occasum rutili tenetq; Phoebi  
Veri mutua signa fert. amoris  
Semper carminibus canens. amicos  
Vel rus Lusacium. sacras vel vrbes  
Et si Phoebe nouum. dabis furorē  
Illustris memouit. ducis sonabit  
Gestas. carmines. domi fousq;  
Sed. charta z calamus. liquorq; cessat  
Et currens digitos manus fatigat  
Thoma rursus auer. valeq; visam

## Ad Georgiū Bohem̄ Licentiātū.

Magnum linigere decus. Georgus.  
Turbe. gentis habens. vetus Boheme.  
Nomen. Moricia satvs platea  
Qua fuscus varijs. faber Metallis  
Campanas valido sono boantes.  
Sundit. terribiles tonitribusq;  
Necnon fulminibus pares tremendis.  
Bombardas. strepitus volans. per vrbes

Ingens magnanimos viros z alta  
Terret moenia: conquatitq; turres  
Sic natura sumus: metalla miscens  
Argento rutilum scienter aurum  
Excudit Genium: deditq; vires  
Optatas animo: quibus superent  
Et secreta poli: z freti profundi  
Rimari z gelide potest meatus  
Telluris tremulos: graues susurros  
Austri. z quid pluuus mineur arcus  
Quid trux caesarie truci cometes  
Quid fulmen rapidi: aut procella venti  
Bhipheo Boee volans ab antro  
Causas credibiles z expeditas  
Momento memorat breui: probatq;  
Coeli conscius: z capax remoti a  
Sensu luminis: z dei parentis  
Quē puro docet ore: corde credit  
Factis approbat optimis: modesta  
Dita: mouibus inclytis: z vsu  
Berum per modico domesticarum  
Bisu rarus: inutilis loquelae  
Damnator: sceleris seuerus acti  
Censor. nec Terrico locum Catoni  
Ollum: nec rigido fauet Metallo

Sic se sic alios malis acerbe  
Castigat: precibus frequens adorat  
Et votis dominum z nouis rotundum  
Scriptis z boar z tonat per orbem  
Magnum Linigere decus Georgus  
Turbe z maximus Aesticampiani  
Vatis fautor: amicus z patronus  
Viuat Janifero quietus anno

## Ad Jacobum Herketter.

Culte Musarum celebris Jacobe  
Cura: Phoebeis Heliconis vndis  
Lote: incundos catus z venustos  
Condere versus

Qui vel aeternū pietate laudant  
Nomen: z grates referunt benignas  
Vel bonos fido resonant amore  
Semper amicos

Quos tibi mores: studium: voluntas  
Jungit: z vitae comites honestae  
Temperans victus: toga non superba  
Parcaq; lingua  
Leue florentis studium palestrae  
Et zophos docte grauidum Minervae  
Clara foecundi monumenta Tulli: z  
Pagina sacra

Quam vigil noctesq; dies acuto  
Perspicis sensu: graue ne careret  
Arte dicendi genus: aut discretus

Pondere sermo

Nam tibi torrens Sabij loquela  
Candidi flumen quoq; mite Plinij  
Caesaris vis: z vehemens Periclis

Nota procella est

Esse succincto Menelaus ore

Esse vel dulci Pylus palato

Esse vel possis sapiens Olysses

Sauce: sonoq;

Praua castigas vicij nefandi

Dicta: virtutis generosa verae

Sacta vel pleno recolis tenore

Docte Jacobe

Gemma sacrati preciosa templi

Splendor: z sanctae rutilans Cathedra

Sulmen z turpis quociens Jacobe

Mous haberis

Te colit magne Venerandus vrbis

Pontifer: castus pariter sacerdos

Dulgus z celsa procerum: z diserta

Turba virorum

Qui tum pulis hedere corymbis

Tempus: aut Lauro caput: aut galero  
Verticem fuluo cupiunt in omnes

Cingere menses

Et mihi semper (modo quid Camena

Possit) extento recineris evo

Cuncta vivaci superans Jacobe

Secula fama

Sama que duro mihi stat labore

Parta: nunc ludo magis instituto

Crescet in ripis Odere feracis

Pisceq; cancris

Vina nec Bacchi: Cereris ve fruges

Prata Tympharū nemus aut Diane

Hortuli florae deerunt: nec antra

Sylvicolarum

Pulchra vel nigris oculis puella

Fronte projecta: roseisq; labiis

Ore per blando: nec inelegante

Moresq; gestu

Comitas fortis gravitate Cinis

Mixta: maiestas ducis z potestas

Pontifex mirus: docilis iuventus

Ne vocat: ibo

Tarda defecta genierit senecta

Frater ambobus vegetus lacertis

Et sori: foecunda utero z publica

Ne vocat: ibo

Illius multi numero nepotes

Et pie neptes alij propinqui

Vulgus aestivoq; habitans in agro

Ne vocat: ibo

Villanus: sylva: coyli: nuceq;

Pinus: z quercus: pinus. z salicium

Zusacum certis precibus. poetam

Ne vocat: ibo

Nemo muscosos gelidosq; fontes

Nemo piscosos fluvijs lacusq;

Nemo factosum pecus aut amenas

Diceret vides

Non mihi tanti fuerit vel aurum

Inclyti Croesi: vel opes potentes

Dimitis Crassi: ut patrie negem tue

Officiuq;

Deserit diuam sapiens Calypso

Natus in saxis Ithacis Olysses

Et magam Cyrcen sibi pollicentem

Munera diuum

Ibo foelici auspicio beatus

Picus z cornix volat a sinistra

Comus a dextra. placet omen: ibo

Protinus ibo

Lividi si quando tuum Jacobe  
Garrient vatem Borea vel Austro  
Plus levem: dices satis hac diuq; est  
Urbe professus

Maior excelsae patriae Cathedra  
Hunc petit: vobis alium poetam  
Querite: ut tantum toleret laboris

Invidiq;

Hec ubi dixi mihi rem Jacobe  
Seceris gratam. modo si favori  
Junctus et simplex amor: et voluntas

Candida praestet

Sive ad extremos Garamantes ire  
Sive frigentes Scythiae colonos  
Sata me cogent: memora tenebo

Corde Jacobum

Sed vale spirans zephyrus repandam  
Appetit puppim sociosq; possit  
Nauta iam remis sonat icta crebris

Vndula Rheni

## Ad Johannem Monasteriensem.

Phoebus fatidicae linquens cumabula Deli  
Aspirat gelido: carmina docta: solo  
Letaq; Thentonicas concessit vitis in oras  
Bacchus ab Lois quam tulit ille iugis

Extenu: duplici divorum munere grati

Carmina pangamus: vina bibam; age

Tu mihi pone merum: madidos tibi mittere versus

Incipiam: poto dexter Apollo mihi est

## Ad Jacobum Linck.

Dexter Castalijs libas Jacobe Camenis

Quamvis a leua sit tibi nomen aue

Auspicio postq; te Sportula nostra secundo

Cepit: et in molli fuit amica sinu

Ipsas assiduo: placato numine coeli

Auditu et cultu dexterioris colis

Sloientem nectens cana circum tempora laurum

Vel modo purpureas: colla venusta: rosas

Cultorem viridis me pascens fructibus horti

Affundis placidi: vitrea vasa: meri

Multisonos hylari depromens pectore cantus

Mesta verecundo corda canore leuas

Et purgas leta rugosas fronte lacunas

Præstans hospitibus: gaudia vera: tuis

Quapropter superis cantato mane diabus

Occidna Musis luce Jacobe sacris

Ut nonus inceptum Phoebus tibi transiget annum

Sausfiter et socijs: Leue Jacobe: tuis

# De hostia Sacramenti in sanguine

am carnē mutata in mōte Scti Albani religioſe cuſtodita.

Papae Romuleam rerit Gregorius vibem

Et pariter diui: ſepta beata: Petri

Septa quibus fidei ſacratos clauſerat agnos

Et pia ſignatos ſtigmatē corda crucis

In qua virgines Chriſti de ſanguine corpus

Crimina vel proprio noſtra cruore luit

Hic ſacra ſolemnitudo myſtica perficit ara

In digiti formam victima verſa dei eſt

Que nunc Germana ſancte veneratur in arca

Alluis Albanum qua: bone Rhene: iugum

Quaq; Magunciacā protendit comita ripa-

Ardua: z iugentis arma repellit aquis.

Iſta ſalutiferi cernens miracula Chriſti-

Procidat: z meritam poſtulet ore fidem

## Ad Jacobi Wymphelingij de integritate Libellum.

Pulchrum: andidulum: nouum: venuſtum-

Concinnum: lepidum: breuen: politicum-

Emunctum: genio ſuo diſertum

Et cunctis numeris vel abſolutum

Librum Socratice ſeruitatis

Tam multis ſcater ille diſciplinis

Doctor: Romulee Jacobus artis

Conſtans: integer: elegans: facetus-

Celeſt: veridicus: ſener: ſacerdos

Miſit Theutonice comatulorum-

Turbæ: ne putidas eat per artes

Aeris percupidas: mali miniſtras

Nec mentem vicij adumbret atris

Non foedum Lyrici poema Vatis

Seu nugæ hominū libidinoſas-

Caſtis hauriat auribus: minaces-

Seu leges teneræ plagas columbæ:

Nilui recia caſſa cornulicq;

Per rauum mediū: forti tribunal:

Secretur: ſibi nempe: quiſq; lex eſt

Dum non vult alijs: ſibi quod egrum eſt:

Et conferre alijs: ſibi quod aptum eſt:

Ac turpis Veneris Cupidiniſq;

Incenſos rapida focos fauilla:

Expulſum celet ne telum ab arcu:

Santo Cecropiæ bono Minervæ:

Vel ſummi auxilio dei benigno

Et ſanctæ valido crucis ſigillo

Euitet: caueat: terat: retundet-

Blandas illecebras: leues ſuſurros:

Gallaces oculos: iocos doſoſos-

Hiſus inſtabiles: breueſq; nutus

Amplexusq; olivae graues puellas  
Vite pestifere lues modeste  
Declinet: viduo cubans grabato  
Expers connubij: libidinifq;  
Et morbis vacuus periculosis  
Ne corpus maculisve pustulisve  
Sparsum difficiles ciet dolores  
Quos lenire nequit bonus Machaon  
Nec curare deus potest Apollo  
Deturpant faciem: pedes retardant  
Nervos debilitant: vorant medullas  
Quos tandem Stygie medentur vnde  
Et vel fatidicos legat Prophetas  
Vel sacras veteris scedas figurae  
Res Evangelij: rescripta Pauli  
Musae versiculos nec impudice  
Discat: que faciunt beatiores  
In terras homines magisq; dignos  
Celsa stelliferi vel arce regni  
Quam Gerre Sicule: Cypri voluptas  
Cretensis levitasq; vanitasq;  
Que trudent Barathrum leues ad inum  
Umbrae: et piceis fouant in antris  
Penasq; afficiunt acerbiorē  
Quod nec signa poli: nec astra cernunt

Nec letos superum choroos deorum  
Hunc ergo studijs tuis libellum  
Demissum celebri oppido Metallum  
Argenti: capere vife: disces: serua  
Soelix Theutonicae catena gentis

## Ad Johānē Schmuck Causidicū.

Dulcia Lusacio mittis Soteria Vatt

Jane Maguntini portus rarisq; res

Et credis summo me solvere vota Tonanti

Immersi patule: munera tanta: gula

Nempe racemiferi fuerāt: pia dona: Lyei

Cui comes Actiaci: magna placeta faui est

Extrema diversis signata est crusta figuris

Et cedit denti: crusta terenda: meo

Est Aries: hominis facies: et forma draconis

Et pia que rostro pectus adest auis

Ista salutari fuerat condita sapore

Quem dant Germani: flouda prata: soli

Laniter illa malam curant: mihi pocula tussim

Tussio: mitte iterum munus: amice: tuum

Pro quo foelicem Vates tibi nunciat annum

Quo veniet comu: copia plena: suo

Vina dabit Liber: vas mellis pastor: Aristaeus

Sarq; Ceres: placidus rite valere dans

Et veluti culto lolium generatur in agro

Sic mala venturis sint accumulata bonis  
Nascentur lites: conuicia: iurgia: cedes  
Que sunt rauicisoni: premia certa: fori  
Et tua deposcunt ciuilibus pectora legis  
Conscia: et eloquium: Janè diserte: tum  
Inde potes quicquid fido largiris amico

Radere: sunt falcis: pingua rura: tue:

## Ad Bernhardum Korbach.

Bernharde irriguis pia dat cognomina Riuis

Et caua nodoso stipite Canna tibi

Aetherio dulcis te sparsit rore Thalix

Qui fuit Hybleo dulcior ore fauo

Duraq; permollit constantis pectora Vatis

Et cogit versu dicere pauca rudi

In te qui nostrum facile testentur amorem

Si modo vel Rhenus vel meus Odra finet

Nam me Rhenus amat: cuius iam quattuor annos

Erudij iuuenes arte: fauore: fide

Et meus Odra meum precibus contendit amicis

Officium: et tenues: me resonante: modos

Quo nitidis olim possit cognoscier vndis

Et multo famam querere pisce bonam

Mincius ignotus longum mansisset in eum

Si non Vergilij cognitus ore foret

Spumens Hispanis Salo delitasset in oris

Ut faceret Valerij: musa iocosa: sui  
Sic vaga Lusacie notescunt flumina terre  
Et varijs cancri: pisceq; multiplici  
Magna peregrine referunt quoq; pondera mercis  
Et natat in liquidis: vncta carina: vadis  
Dum modo carminibus propij dicentur alumni  
Curuaq; piscosus conua gurges agat  
Quod mihi desuntam: mea sit modo vita superstes  
Et capient patrum: corpora fessa: solum  
Tunc ideo Rhenumq; patrem: fidosq; sodales  
Linq; et discipulos: sorte volante: meos  
Maior em patrie debetur gracia terre  
Quam labor eterno: sedulus ipse: loco  
Curare perpetua valeas: Bernharde: salute  
Inter fautores connumerate meos

## Ad Casparè Widenbach Lusacium.

Caspar Lusacios linquis fortissime fines

Et simul excelsè: tecta superba: domus

Concordes stabili fatuum numine fratres

Prestanti teneras: ore: pudore: nurus

Fraterno pulchre linquantur amore: sorores

Et consanguinei: limina tota: chori

Et quos vncta tibi coniunxit cena sodales

Densaq; legifere: pocula mixta: dec

Humida cum nitido temnis viuaria pisce

Et pariter celeres: que tua cura: canes

Montantis armenta Lupus. 7 deseris Vrsis  
Et capras hirtas: lanigerumq; pecus  
Improbis 7 letas segetes populabitur Anser  
Et verent Scythice: pinguis rura: grues  
Cuspide setigeros feriet quis cominus Apios  
Damula cui fiet: certaq; preda lepus  
Quis custos siluis: stagnis: 7 sedulus agris  
Auceps quis volucrum: quis domitorq; ferae  
Equis latronum scopulus: vindexq; malorum  
Quis tutor patrie: Lusaciq; soli  
Serree purpureas forma cultaq; puellas  
Deseris 7 lachrymis: ora rigata: suis  
Oscula nec roseis potuerunt: moisa labellis  
Slectere nec Veneris: dulcia furta: sue  
Crudelem clamant: seuq; ex Tigride natum  
Quod nec ploratis: nec mouere prece:  
Vibi ego flantes vnam lacerare capillos  
Et duro molles vngue ficare genas  
Altera tundeat: niueis sua pectora palmis  
Damnans perfidiam: mesta puella: tuam  
Micius Venone Paridem flectura fugacem  
Demophoonta suum 7 candida Phyllis erat  
Omnes sic tristes te discedente fuerunt  
Ut leuis oppressa vulgus in vrbe solet  
Lugebat frater: socius: soror: omnis amica

Cui Libyci numero cedit harena maris  
Nec tamen a cepto reuocant tua carbasa cursa  
Seu tua cum velox frena remordet equus  
Est aliquid patrij dimittere dulcia tecti  
Limina: 7 externas incoluisse plagas  
Cum non vis fati: aut tempestas acquois vrget  
Laptus ut Aeneas: Naticiusq; fuit  
Sed tantum arbitrum studij: 7 generosa voluntas  
Discendi: ad sacrae Palladis arma trahit  
Que multis patrio suafere excedere tecto  
Querere 7 ingenijs: dogmata sancta: suis  
Sed non aut eadem ratio: aut eademq; voluntas  
Omnibus extremo: viuere velle: solo  
Pythagoras Samius: Plato doctis natus Athenis  
Constanter patrios deseruere lares  
Alter ut imperium seui vitare tyranni  
Ut Siculas alter querere posset opes  
Sola petis Caspar sincera dona Minervae  
Et cultum seuj: presidiumq; tui  
Cum posses tuto dulces coluisse penates  
Et locuples: propria factus es exul humo  
Nec te peniteat blandis proferre deabus  
Pallada: dat studij: premia digna: sui  
Quertit celsas Iuno Carthaginis arces  
Spurcaq; destruxit: Pergama lauta: Venus



Seruida succinctae grassatur & ira Dianae  
Acteon timidus Cernuus et esca canum est  
Grandia nec Cereris semper tibi pocula profunt  
Ebia mens stupet. & membra dolore crepant  
Regna parat Pallas: sublimes construit arces  
Consilioq; regit: & pietate fouet  
Subtilem seruat mentem: corpusq; salubre  
Et dat virtuti: certa alimenta: suae  
Hanc cole nocturnis studiis: venerare diurnis  
Vtil erit in vita quod negat illa tibi  
Illa loco fratrum: sociorum: siue sororum  
Caspar erit: patriae nec meminisse velit  
Donec preceptis animum formabit amicis  
Eloquio linguam: Caspar amande: tuam

## Ad Wolfgangū Bawer Lyptzēses

Iustice Lusacie cultor: Wolfgange patria estre  
Qua resonant Clariae: carmina mille: Lyrae  
Historie veterum celebrandae laudes auorum  
Eloquiumq; decens: Palladiumq; zophos  
Quod Babylon structis Asphalti moenibus acrit  
Quod docet Aegyptus flumine leta suo  
Quod tradunt docte summe virtutis Aethere  
Et quod Roma tuo precipis ingenio  
Antiqua gentis: clarorum stirpe parentum  
Corpore formosus: diuicijsq; potens

Que multis foedi sunt tritamina luxus  
Et vicij comites: nequiciaq; duces  
Sed tibi virtutis calcatis firma beatae  
Cum stimulant animum: ad forcias facta: tuus  
Doctis ingenita pares pietate magistris  
Et genitrix natum te sibi iactat anus  
Et consanguineis ingens te gloria cultu-  
Accedet. Lypsi magnaq; fama tuae  
Aduenies cunctis & more probatus & arte  
Cuius: & nitidae gratus honore Scholae  
Ne te peniteat florentis littora Aheni  
Paruaq; Sportellae: limina trisse: mee  
Est aliquid studij peregrinas visere terras  
Causa: & doctori semper adesse bono  
Phenici magnus sic semper adhesit Achilles  
Thebarum Lysiae dux: Socraticq; Plato  
Primus ob hoc clarus Phrygiam expugnauerat urbem  
Sortis Spartanas fregerat alter opes  
Tercius ingenio prestans repleuerat orbem  
Diuitijs studijs: hic imitandus erit  
**Ad Marcū Leympach Lyptzēsem**  
Leymbache Pieriae q̄ maxima Marce Camenae  
Cura: Caballinae fonte lauatus aquae  
Piscorum cupido decantas pectore Datum  
Carmina: Pegasaeos: ore sonante: modos

Candida Nasonis valde precepta Poetae  
Sacraque Vergilij te monumenta iuuant  
Lactea facundi delectant flumina Livi  
Historiae: et Plauti: dicta faceta: vasti  
Marcus et aureola cordi est tibi Tullius arte  
Cuius virtutes ore stiloque refers  
Necnon Caesarij: instissima sanctio: libit  
Optima Romani iuraque pontificis  
Nimirum patrias si quando redibis ad oias  
Militie capies: premia digna: tue  
Nam tua vel quercu cinget vel tempora lauro  
Quisquis Gymnasio: quisquis in vrbe tua est  
Diceris clare civis doctissimus vrbis  
Et patris decus: et splendor honestus ani  
Nec minor Attilio: Curio: vel habebis impar  
Comino: certes cumque Catone tuo  
**Ad Henricum Gummannū Na-**  
guntinum puerum suum.  
Verre domū puer: et fomacem calface pigram  
Calceolos terge: porrige fontis aquam  
Emacula vestes: et nigros pulvere birchos  
Excute: sume libum: disce quiesce: tace  
Hoc adeo facies. donec se Lucifer ortu  
Extulerit primo: tum pete fana: scholam  
Sordida dehinc Rheni: sine mundet lintea rore

Sedula et interulas femina labe graues  
Mucida stillantis pariter subaria nasi  
Et pannos capitis: pera volucra: mei  
Sutor acu primo fractos in calce cothurnos  
Consuat: et cutui: vincula rupta: pedis  
Post ubi parca tuas saturarint prandia succas  
Infla belligere: Classica docta: tube  
Et tibi Lucanum. vel magnum pone Maronem  
Quorum grandiloquum rite sequere stilum  
Aut si non tenero tante sunt pectore vires  
Nasonis gracilem tangere disce Chelym  
Sin magis Pollucis similis: quam Castoris esse  
Sacundus nitido Tullius ore patet  
Deinde para comam: que fessos innouat artus  
Tristiaque exhyleret fomite corda suo  
Principio stomachum viridis lactuca iuuabit  
Et gallus lento tostus in igne salax  
Vel nona cum liquido precedant oua vitello  
Et gallina suo cerea iure natet  
Hinc rugosa mee ponatur. Carica mensae  
Accedent glandes: persica: corna: nices  
Ingere Bincani: densissima pocula: vini  
Ne feriat nostras: pallida cura: fores  
Lusaca frigentes gelidi Permessidos vndas  
Musa fugit: Bacchi. collis et vna placet

Nec mirum cum sit glaciali nata sub Arcto  
Qua riget et tellus et pectus omne gelu  
Non canit epoto gelidissima fonte Camena  
Ebra carminibus perstreperit illa novis  
Ingenium placido Bacchus dat mite Poetae  
Et faciunt longas: pocula multa: notas  
Inter coetandum pieclara volumina molli  
Voce legas: Gellij sine ea: vel Valeri  
Alter enim varia rerum dulcedine prodest  
Alter et Urbano carmine multa docet  
Sed quo raptat amor: neque enim sic lectio ledit  
Ut cibus infesto se capiatur Stomacho  
Aest ubi timideus campana nunciat horam  
Nonam: que requiem poscit habere suam  
Sterne puer tenentem conatis stramine lectum  
Et regat angustum: trita laeterna: thorum  
Scilicet hoc certum distincta negotia tempus  
Exquirunt: ludo cetera perde tuo  
Charta tibi ludus: quam tingit sepya nigra  
Non que quadruplici picta colore nitet  
Ultima incundo sic specta fata labore  
Et pariter studio: premia digna: tuo  
Premia Lusacia capies non maxima vate  
Cui res ingenio: statque caditque suo  
Certa salutiferi persolvet gratia Christi

Lucida cum purus spiritus astra petet  
**De Amoris origine ad Martham**  
pulchra Cupidinei sax ardens Martha coloris  
Nullum lascivi vulnus amoris habes  
Nescis que Venus: aut tanti qui numinis ortus  
Nec tenso arcus: tediferasque faces  
Que mea vel celeri penetrarunt corda sagitta:  
Molle vel vrenti pectus adusque foco  
Accipe Lusacij cura o fidissima Vatis  
Quos ignara negas: dissimulaeue deos  
Post Chaos antiquum tellus processit amorque  
Terra parens frugum est: dulcis amore labor  
Qui prebet teneris precepta fidelia puppis  
Ut teneant rectum semper honoris iter  
Quod non aut hermi sulva prestabit arena  
Nec dabit aut fucus: gloria fusa: mero  
Sed divinus amor: sanctique Cupidinis actus  
Ut docet antiquis: res memorata: viris  
Thracius Euridicer tetrus quesivit in vmbis  
Orpheus: in Stygijs visa remansit aquis  
Neacides diram constanti robore cedem  
Contempsit: causa: laute Patrocle: tua  
Nec tantum sacrum tetigit mala cura Poetam  
Nec quem mirata est bellica turba virum  
Sed quoque femina generis memorabile pectus

Concipit: z verum sumit ab igne decus  
Thessala pro charo suscepit coniuge mortem  
Alcestis: patre z matre timente mori  
Mausoli cineres rapit Arthemisia crudos  
Sacta sepulchralis: casta marita: locus  
Quarum virtutem si recte imitabere Martha  
Te manet extantio nomen in oibe nouum  
Et tener amplexu: tua candida membra: cupido  
Circumdans cupido reddet amica viro  
Hic outus veteris: quam tu contempnis amoris  
Hec virtus: fatum: certa fidesq; fuit

## Ad Martham.

Martha Maguntinis cunctis prelata puellis  
Quas sub legitimo fert Cytherea iugo  
Cui genus z formam: vel dii: vel fata dedere  
Ex animo virtus: mosq; decusq; tuo est  
Clara Magunciaca celebratur in vrbe propago  
Vnde nouum germen: plantaq; Martha noua es  
Pudens in nostra tuis est pater vrbe Senator  
Nobilis magni clarus z arce fori  
Insigni matrem referunt hic laude pudicam  
Qui pulchri Rheni: littora foeta: colunt  
Sollers est frater: soror est castissima virgo  
Que rapit aspectu: lumina nostra: suo  
Sunt consanguinei z multa virtute propinqui

Sed tu preapue tu decus omne tuis  
Nam celfo tenerum fulcitur stamine corpus  
Nobilis est forma: purpureusq; color:  
Tempora sub rutili cingunt generosa capilli  
Igne micant oculi: frons patet alta simul  
Aurea Pectanis decertant ora rosetis  
Collaq; Rhipea candidiora niue:  
Vina secat mentum medium fissura: rotundum  
Quod pulchri signum vulgus amoris ait  
Candiduleq; manus terens bis quinq; per vngues  
Candor: it Eoum posthabiturus ebur  
Pectus lactiferis turgescit molle papillis  
Que prestant pueris: lactes pota: tuis  
Cetera que Ehoa celantur veste tacebo  
Pes licet aut crus sit: aut genitale femur  
Omnia formosae respondent membra figurae:  
Et que non video candidiora puto  
Non igitur mirum quod quisq; cupidine captus  
Appetit effigiem: Martha decora: tuam  
Que modo prestanti longeuas corpore Nymphas  
Cerneris: z superas: vincere posse: deas  
Ipsa Nycene: meidissima filia: Leda  
Assurgitq; comis Deidamia tuis  
Assurgit Nais rheni: dea casta: potentis  
Cedit z Lolio: Pallas amata: fabro

Quod si Pyramides fastosa in lite bearum  
Te consperisset: tu dea prima fores  
O facies mira o picto dignissima coelo  
Quid facis in terris: astra superna pete  
Illic vel Phoebo posses: vel nubere Marti  
Serre vel alitoni: sceptris suberba: Jouis  
Sed credo nobis talem tribuisse figuram  
Qui coeli et terrae creditur esse deus  
Ut sua coelesti claretur gratia forma  
Et daret humanis: gaudia plena: viris  
Certe ego mirifico te diligo Martha fauore  
Et capio vultus: gaudia multa: tui  
Nec tam forma trahit: quam mos: et lingua: pudorq;  
Virtusq; insigni iuncta pudicitiae  
Billis victoris coniunx tibi casta duelli  
Cederet et primo: Panthia culta: iloco  
Sortis magnanimi palmam: tibi Porcia Banti  
Soecundoq; daret: Marcia nupta: viro  
Mauserit illa licet viuas in morte fauillas  
Hec Hortensiacum leta tulisset onus  
Quid de mundicia: aut de cultu corporis apto  
Artificiq; manu dicere Martha queam  
Haud dubie Tyrio fulgentis murice Palle  
Promant artus: candida Martha: tuos  
Lucida Erythreo collecta in litore concha

Aureus in digitis: annulus ipse nitet  
Baccatum niteat pendet: ceruice: monile  
Interulam claudunt: aurea fila: tuum  
Quid memorem assiduos animiq; manusq; labores  
Qui vacuum nullum tempus abire sinunt  
Seu textis modico tenuem sub tegmine telam  
Seu mollis plene: vellera suda: colus  
Pectine Cecropiam subtili vincis Arachnen  
Cedit et artificis Tentonis ora: soli  
Vel nos Eorum vestes de vellere Serum  
Aurea vel Phrygia pallia pinguis acur  
Ingeniosa tuum miratur opusq; manusq;  
Pallas: et ingenio vir facis illa suo est  
Pietereo curamq; domus: curamq; Penatum  
Iussaq; prudentis: sollicitiq; viri  
Mandatum famulae: que te puerosq; virumq;  
Sedula nec segni prospicit officio  
Pollice vel fusos versat: vel lintea sartit  
Vel coquit ignifero: dulcia ferela: foco  
Mollia foemineo secludens ocia coetu  
Res agis et vigili dura labore manus  
Non nimias escas: non fortis vasa Lyei  
Suscipis: et sano mensa referta cibo est  
Hinc non ebrietas: non inconcessa libido  
Nascitur: aut stomacho: cruda pericla: tuo

Ingeniūq; vident succosū in corpore vires  
Et sensus liquidi: mens et acuta manet.  
Matronale decus: proles numerosa manusq;  
Callida: sunt vitæ gloria magna: tuæ  
Pura sed hoc nostro quod sis Lucretia scdo  
Rarius est Cygnus: indice vate: nigro  
Verum hec prefragili nequeo describere versu  
Nec miseris elegis: reddere Martha: meis  
Quantum vel species: vel vitæ posceret ordo  
Et simul eloqui: lingua diserta: tui  
Neonij pingenda fores vel carmine Homerij  
Vultus Apellea vel tuus ecce manu  
Me tamen et virtus et honeste gloria formæ  
Impulit in laudes: Martha venusta: tuas

## De Amoris ortu ad Cattham.

Alma Venus quondam claris natalibus orta est  
Ortaq; conuiuis: pocula magna: debet  
Ebins hic dulci tunc factus nectare Pous  
Consilij proles: Coptioleq; dens  
Inq; Jouis magni viridante quieuit in horto  
Nectareq; et somno semisepultus erat  
Advenit pauper suspensio Penia gressu  
Et tetigit Pous dulce cubile: sui  
Nescius in Venere succensus Pous tandem  
Diuidit. ex illo tempore natus amor

Pauper is et dives. sed quo discrimine. bisces  
Si modo das mentem: candida Cattham  
Pauper erat mater sortem sortitus eandem  
Sordet et in gelida corpora ponit humo  
Serpit humi nudus: non aedes possidet villas  
Sed cubat ad domnic: lumina clausa: sue  
Eius erat dives genitor facundus et audax  
Et Zophie custos: artificiq; potens  
Tunc varius gaudet diversa sorte Cupido  
Matris pauperie: divitijsq; patris  
Summa fuit patris sapientia: nulla parentis  
Alterius prudens est: et ineptus amans  
Hic amor et sapiens moderatus et impiger et rex  
A nobis vigili semper alendus ope est  
Quod bene dum florens aetas: dum forma venusta est  
Conuenit. in cano: sera libido: sene est  
Haud tristes abeant placitis sine lusibus anni  
Nec percat pigro tam bona forma situr  
Clarum Penelope dum casta moratur Olyssem  
Lugosa et turpis facta putatur anus  
Annos in tardos cupidum ne differ amorem  
Serus amor fiet crastinus: arde hodie  
Nam me subiectis illesa sub ignibus vris  
Et perdis vatem: fulgida Cattham tuum  
Non secus ac picea quisquam conclusus in vna

Vritur. ardentem sentit. amatq; focos  
Sic ego flammiferis iam pudem captus ocellis  
Ardeo. nec viuas stinguere curo faces  
Si te nostra modo perflaret Cattha favilla  
Et ferres aliquam saltem in amore vicem  
Non me peniteat tantum vel pascere amorem  
Vel gerere in molli: fulmina tanta: sinu  
O si forte times veluti vaga rete volucris  
Mordacisue lepus: rostra proterua: canis  
Excute corde metus. non hic te fallere tentat  
Qui sequitur castas more fideq; deas  
Et sacra fatidici celebrat verissima Phoebi  
Candida cui meus est. fidaq; verba simul  
Somnosa est culto Nemesis non spreta Tibullo  
Nasont tenero chara Corynna fuit  
Sed tamen alterius fumabant pectora tedis  
Sola cares flamma. cum miser vrori ego  
Ferre nec precibus: nec voto flecteris vlllo  
Sed nec carminibus Cattha mouere meis  
Cum quibus Amphyon Thebanas condidit arces  
Et traxit siluas. menia: rura: feras  
Sed quid me curio. quid spe sustentor inani  
Duricia vincit trux: mea Cattha: feras  
Vincit et excelsas durato pectore quercus  
Et firmos silices: aeraq; densa nimis.

Et nec vel Venereis suauissima premia certe  
Fluit vel vitae: tempora longa: breuis  
Quippe amor inceptae prebet sua semina vitae  
Et reparat foetus: morte volante: nouos  
Aeternumq; dabit genitis per secula nomen  
Omnia. tu sola nomine cassa iaces  
Cum tibi sit per me vastum quesita per orbem  
Sama. meum vinar: si modo carmen erit  
Carmina fatali Lusacia lege regantur  
Nullo purpureus. iure faceat amor  
Quo te deperere. forma persuasus amena  
Soma placet. mens est Cattha remota tibi

## Ad Cattham.

Cattha Magunciaeae virgo clarissima terre  
Cum par sit forme: nulla puella: tue  
Que modo Germani suspirat ad aera coeli  
Qua pulsat liquidis littora Bhenus aquis  
Lauriferam celso contendis vertice Daphnen  
Slabiq; turrigere vincere Cattha dee  
Vna licet centum comprehendat turba puellas  
Quales Cyclopas: Lathophagasq; ferunt  
Attamen erecto non cedis culmine cuiq;  
Ut cedunt scopulis rarbua sara: suis  
Attaq; odoratos ut veniunt Lilia flores  
Sic cedit capiti: queq; puella: tuo

Hispida subfusi circum tua tempora crines  
Et patet auriculis: parua lacuna: tuis  
Tota refert speculum facies pulcherrima candens  
Lata tibi frons est: nigra supercilia  
Lumina dehinc rutilas longe superantia stellas  
Sint ille Veneris: Mercurij ve licet  
Que mea sydereas ferunt precordia luce  
Et penetrant radijs: viscera tecta: suis  
Candida purpureo certat tua bucca: color  
Oppugnant niuee: Lilia pulchra: gene  
Os rubet vt tepido cum poma rubescere Phoebos  
Incipiunt: albent parte: rubentq; sua  
Hinc veniunt dulces angusto a limite risus  
Mirtaq; cum lepidis: dicta faceta: idcis  
O qualis roseis procedit sermo labellis  
Si modo sint animum: verba sequuta: suum  
Dulcior Ambrosia est: et melle suavior omni  
Que vel Hymette paras: vel geris Hybla fanis  
Sepe ego narrantis stupefactus pendeo ab ore  
Et puto coelesti numen inesse sono  
Flam non humanas nugas: nec inania blattis  
Verba: quid aut coniunx: aut vir adulter agat  
Et non de specie iuuenum: qui sulphure turpant  
Caesariem: aut ouis prostitueret nouis  
Nec vitri spumam: nec quid Cersa puellis

Confert: inquiris: nec quod inertis opus  
Sed de concesso culen: lanaq; focosq;  
Et que legitime est cura tenenda domus  
At quid ago: nitidum statim describere corpus  
Ad mores veni: Cattha pudica: tuos  
Quos tamen ex aliqua libabo parte: sed infra  
Cum locus inculto: se dabit ille: stilo  
Tunc referam dulcis: mollissima guttura: vocis  
Qua mulces letis: tristia corda: modis  
Et qua vel Priami vel Nestora ducere possis  
Ut ferrent roseis: oscula mille: labijs  
Lactea tunc fulua splendent tua colla cathena  
Cum celebret festos: vrbs veneranda: dies  
Nolle subest pectus: teretesq; utrunq; papille  
Et tuberant gemini: fonna rotunda: piri est  
Oblongi digiti: promissaq; brachia restant  
Dura vel assiduo facta labore manus  
Venter ad hec gracilis tenui percinctus omaso  
Extendit tenerum parte in utraq; femur  
Ilia Lampasio nondum sunt trita: Tryphallo  
Cersa vel in medio: rimula secta: loco est  
Albida crura latent: niueas quoq; vincula plantas  
Et tegit obscritas: instita longa: pedes  
Sed ne confessa nimium re Musa laboret  
Absoluant versus: cuncta venusta: duo



Natiuus vegeto manans in corpore sanguis  
Temperat ⁊ succus: singula membra: bonus  
Nec vero cultos prestanti in pectore mores  
Aut animi dotes: Cattha: silebo tuas  
Que prebent claræ preconiæ digna figuræ  
Et mihi cum sola virginitate placent  
Est equidem mollis tibi certa modestia risus  
Est etiam placidi: frons moderata: iocî  
Solicitat superum pia te modo cura deorum  
Obsquerisq; tuos: Cattha benigna: patri  
Concordi cultam veneraris mente foïdrem  
Pendet virgines frater ab ore tuus  
Nulla tuum nec lis nec curvat rixa palatum  
Mitis ut alba tuos conteris agna dies  
Nec magis Harpalicen mirata est Grecia castam  
Nec te vel Volsci: diua Camilla: iuri  
Quam bellæ pulchram laudat Germania Cattham  
Materies fame: maxima Cattha: mee  
O flos etatis: o lux mea Cattha: puellas  
Inter Germanas Italicasue nurus  
Hec me forma capit: fateor: cepisse tonantem  
Posset: si antiquis visa fuisset avis  
Europen non turpis erat: nec Leda figuræ  
Sed nihil ad speciem Cattha fuere tuam  
Splendida luciferi superat tua carmina forma

Et rutilat Phoebo clarius ista meo  
Haud Anthenoides pisca probitate puellæ  
Certent .nec sparsis: Casta Sabina: comis  
Quando mihi tecum: cupidissima vota licebit  
Et Veneris flammæ: ⁊ fera tela: queri  
Que meæ letifera ledunt precordia ferro  
Que lacerant pectus nocte dieq; meum  
Nec tantum toto grassatur viscere flamma  
Liquitur in costis: viua medulla: meis  
Conditio grauior mea stat q̄ Pyrame quondam  
Sors tuarum cum Tyben mutus arsit amor  
Paruus enim paries cupidos dirimebat amantes  
Scissaq; transmisit murmura rima sua  
Ast me non paries sed vicus separat ingens  
Nec tua par nostro flamma calore viget  
Quid dixi: par est: Siculis miser ignibus: vror  
Cum tu Caucafea frigidior glacie es  
Aut igitur mentem durissima Cattha rigentem  
Erue. vel mortis causa ferere meæ  
Non ego feruentes potero perferre vapores  
Bhenana potius te sine mergar. aqua  
**Ad Martham ⁊ Cattham.**  
Accipe descriptæ: preconiæ lauta: figuræ  
Martha precor: cordis: flammula quarta: mei  
Et tua Lusatio non detrahe lumina vati

Que semper ceco sunt in amore duces.  
Et sua vel parua mollescant pectora flamma  
Qui didicit certa semper amare fide  
Par erat occultum tibi declarare fauorem  
Qui stat in arbitrio Martha caditq; tuo  
Sorsan Vergilius melius: vel Naso poetæ  
Ornassent: igni cedit uterq; meo  
At tu syderei vultus tu Cattha poetæ  
Ingenium: nomen: neq; salusq; tua  
Mutua sit nostri: petimus te: cura furoris  
Ardeat incensa mens utriusq; face  
Corpora corporibus iungamus: et vltima fati  
Tempora spectemus: interitusq; diem  
Vna marmoreo condantur et ossa sepulchro  
Et leuis aetheria spiritus arce cubet  
Que mihi si acciderint optata forsitan hora  
Nil me diuicia: nil fera regna iuuent  
Lydia Croesei vertant sibi rura iuuenti  
Et colat auritus: fulua metalla. Mydas  
Alcynous viridi sua seruet in arboze poma  
Nec mihi det grandes: Crassus auarus: opes  
Paruus et eloquij: et paruus me carminis usus  
Et beet aspectus: Candida Cattha: tuus

## Necessitas Amoris.

Concoris vnisonos tangit symphonia nervos  
Frigida cum calidis: corpora nostra: regunt  
Sic amor vnanimis nobis constringit in vno  
Iungitur et placito: foemina virq;: thoro

## Ad Antonium Tonsorium.

Antoni fuscam tepido mihi flumine barbani  
Mersas. et d. n. sum tollis: amice: memus  
Ne mihi potanti: dum vitrea pocula Bacchi  
Porrigis: officiant. tonde: ego vasa leuo

## In Lurchonem.

Conuiuas placidis demulces cantibus omnes  
Lurcho vel arguto: tristia corda: ioco  
Staminicis: ideo gratissimus aedibus hospes  
Prolnis ingrato: guttura sicca: mero  
Hoc: iuubila: salta: bibe: lude: iocare: sub anno  
Quo pinguis faciles ara ministrat opes  
Tempus em̄ venit: quo sit reddenda peractæ  
Officij ratio: supplicijq; dolor  
Conscia patrati sceleris qui corpora veret  
Vndis aut saxi: vulture et igne: rota

## In Sciolum.

Ingens orator: sophie dux: clausor olympi-

Inferni custos: Jantior: Elysiq  
Terrarum mensor: coelestis conscus astri  
Cognitor: abstrusi: spe reuente: dei  
Omnia se iactat Sciolus nouisse: sed ardens  
Nummi questitor: Phoebi inimicus est  
Diuitias primū discat contemnere vanas  
Deinde nouam Phoebi spernat habere lyram

### In Polyphemū.

Magnus es: hoc claro nos lumine cernimus omnes  
Doctus es: hoc vulgus: non ego credo tibi  
Pascis oues: constat: siccas mulctraria verum. est  
Lanicium tondes: hoc ne negare queas  
Multa voras: nec pauca bibis: rubet aurea bucca  
Vena tumet: presto Crassa capella tibi est.  
Attamen hanc vitam ducis Polypheme pudicam  
Inter delicias posse manere gulae  
Certe hec non hominis vita esset casta videntis  
Sed tibi Dulychius lumen ademit: abi  
Cecus es ⁊ mandux: detractor: leno: bibarq  
Pascere capias: castas mitte valere deas

### Ad Conradū Zbichm Dialogus

Alumni ⁊ Musae.

### Alumnus.

Quem tu Musa virum legis canendum

Et nostris pueris nepotibusq  
Uoscendum calamo stiloue tradis  
Quem non ignis edax: nec ira regum  
Nec fulmen quatit: aut terit vetustas

### Musa.

Conradum celebremq nobilemq  
Inter sacrificos dei ministros  
Humanus: facilis: benignus: acer  
Cantor: Christifere crucis: virensq  
Dini flos Stephani Canoniorum est

### Alumnus.

Quid de te meruit Thalia tantum  
Ut se non alios labore tanto  
Et tantis salibus: faceatq  
Tam leti placito lepore vultus  
Inter sacrificos viros recens

### Musa.

Quam sint sacrifici boni: aut disert  
Non ausim stolido referre vulgo  
Cui foelix obio est malo sacerdos  
Quod sit diuicior: beatiorq  
Et vitam colit ociosior  
Tu si audire cupis tacens Alumnus  
Narrabo breuiter: faueto lingua

Gallus seu Chorybas capite recentes  
Rerum puinicias deo litatas  
Et multum Cynaram: Nydamq; censa  
Ac Syllam superat: truceq; Crassum  
Tot frumenta: tot et cados Jacchi  
Tot nummos rapit: et recondit arca  
Ut fornica suo reponit antro  
Quicquid sollicito relegit ore  
Quos immensa vorat tamen voluptas  
Sic collecta diu. Breui recedunt  
Illos vel Catuli vel hos Caballi  
Luduunt lacteole viros puellae  
Cum lipptis oculis: madente naso  
Et cumno riguo: tumente mamma  
Sicut turgiduli Cucurbitarum  
Foetus: aut Cucumis trium librarum  
Consumunt laticem: trahunt medullas  
Vel coene dubie vel vncta pingui  
Multo flammifico patella more  
Ingentes calices: Scyphi capaces  
Crispanti famulus leuis capillo  
Custos vel calide bonus culine  
Vel promus Bromiae penus fidelis  
Et Scurrae petulans Jouis dicacis  
Quosdam ludus iners: amorq; turpis

Perdit: dissipat: occat: ac profunde  
Hec est Scylla rapax: vorax Charybdis  
Hic nil ingenijs faciet disertis  
Nil doctae studij sui Palestrae  
Nil dat pauperibus: nihil propinquis  
Nec cassam domino nucem perhenni  
A quo res hominum salusq; pendet  
Non delubria petit pius molesta  
Quam certam manibus suis rapinam  
Cernit prepositam deo dicatus  
Sic viuit sapit: et facit: liquefit  
Ut nix: ut glacies: calente Sole

## Alumnus.

Sunt hec dura nimis Thalia dictu  
Et non credibiles mihi loquele  
Qui non alterius domos opesue  
Aut mores hominis vagamq; vitam  
Scuto: deliteo casa sub atra  
Et te vel pariles colo sorores  
Lete Pegasos sibiens liquores  
Baro me nitidi vocant sodales  
Ad pinguem Cererem: grauenue Bacchum  
Lusus anapites: pigras puellas  
Toto vix senel hoc quaerue in anno  
Contingit: misere domi quiesco

Sed tu scire potes Jouis propago ⁊  
Matris Mnemosynes. quibus patescunt  
Que suntque fuerint: ⁊ hinc sequentur  
Verum hec missa face. ⁊ meum patronum  
Conradum fidibus pie canois  
Aut saltem querula Chely memento  
A virtute sua: probaq; vita  
Commendare canens: sonans: boansq;  
Ut terram penetret polumq; tangat  
Virius innocui decens patroni  
Ac de te meriti probe satisq;  
Nam qui versiloquum cibet poetam  
Pascit Gargaphias simul: Camaenas  
Ipsius comites: duces: magistras  
Omnem Castaliꝝ gregisq; Cortan

## Musa.

Mos est ingenio tuo gerendus  
Audaꝝ Lusaciꝝ soli poeta  
Qui primus patrium deas in agrum  
Conaris tenui vocare cornu  
Et res difficiles grauesq; nugas  
Quas vix Pindarus aut Horatiusq;  
Sublimi caneret sono Lyraꝝ  
Sed mos ut rogitas tibi gerendus  
Cum nil vel Scythico negem petenti.

Vati qui croceo sumum corymbo  
Victricius tegit caput corolla  
Diuinum venerans gregem sororum  
Cyrreumq; ducentq; Delphicumq;  
Conradus genere est satis vetusto  
Socundis atans: parentibusq;  
Qui vel connubio: fide thoniꝝ  
Vel voto simili pariq; nisi  
Sortes filiolos: vastas puellas  
Immensam numero tulere prolem  
Nec plures Niobe beata fortos  
Nec foelix Priamus tulisse natos  
Sereur: quam geminus parens creauit  
Ex hijs quisq; suam sequutus artem  
Quaerunt vel opes: vel elegantes  
Mores: vel titulum venustiorum  
Vane gloriolae: vageq; famae  
Ihic fautor: studiꝝ: deiq; cultor  
Dici atq; esse volens: quod hinc profecto  
Omnes ad numeros ⁊ vsq; ad vnguent  
Horarumq; potest vel omnium esse  
Vir factus: tacitum manetq; in eum  
Dotes ingenij sui tenaces  
Angebat studio: labore: cura  
Ex rebus facilem recepit usum

Flamen coelestibus sacer dicatus  
Mundi delicias: forisq; lites  
Liquit. templa deo colēs sacrata  
Et cantu z precibus pijs adorans  
Verum de Maria deum pudica  
Natum sydereo parente cretum  
Hic mundi dominus terrarq; rector  
Terrae conditor: z magister almae  
Punitor vicij: dator modestae  
Virtutis precij: salubre corpus  
Et res z titulos honoris altos  
Conrado facilem simul senectam  
Et nulli dubium est amena regna  
(Cum mens a vicijis soluta cecis  
Eternis hominum locis pioiura  
Ascribi cupiet: petet: rogabit:)  
Coelorum: dabit z gravem coronam  
Gemmis z rutilis z eviternis  
Imponet capiti sui clientis  
Signum perpetuae beatitatis  
**Alumnus.**

Hanc vates petit z pius sacerdos  
Et qui vult animo suo salutem  
Usurpare bonā polis in altis  
Sed te pauca velim rogare Clis

Si non hoc animo tuo molestum est

**Musa.**

Que vis cunq; licet petas Alumne  
Nam me dicere vera nil gravabit

**Alumnus.**

Dic inquam placito Camena vultus  
Et sermone leui: sono rotundo  
Quis me conciliat meo patrono  
Ut secum comedam z bibam quotannis

**Musa.**

Virtus dexteritasq; comitasq;  
Pudens simplicitas benignitasq;  
Sollers religio: fides amica  
Qua te: qua reliquos libens sodales  
Affatur: recipit: colit: sumq;  
Cum limen solet omnibus patere  
Et mos z studium frequens laborq;  
Quo castum iuvenem doces polisq;  
Petrum: z mirifico foves a. iore  
Petrus virgineo decore vultus  
Pollens ingenio: peritus arte  
Diendi Lacia: suos honorat  
Doctores. vigiles amat lucernas  
Ludum despuir: inter eruditos

De sacris loquitur libens puellis  
Pacem diligit ociumq; nauum  
Aequales superat. tuos Smaragdus  
Inter discipulos nitens Alumne

## Alumnus.

Non hic inficias eo Thalia  
Et crebum studium: z meum fauorem  
Deiurisse animi boni patroni  
Qui tam molliter excipit quotannis  
Ieiuno stomacho suum poetam  
Quod non sacrificijs facit minister  
Qui nostram celebris tenet per urbem  
Nomen: diuicias: statum: domosq;  
Omnes conuigerum cauent poetam  
Quorum mens vicijs scatet malignis  
In cornuq; ferunt habere foenum  
Nullius sceleris: nec impotentis  
Sicci conscius accipit fouetq;  
Conradus specimen decusq; rectae  
Vite pacificus amat loquelas  
Cum nil turpe facitue cogitatur  
Quas vel religio: vel erudita  
Poscit simplicitas: z ordo rerum  
Excellent: humili nihil susurro  
Nil carptoribus est loci dolosis

In quo coena suosue prandium  
Construat numeros probe ventis  
Non quis febricula cubat rapaci  
Vel fato perijt malo sacerdos  
Et quo inense: vel est quis anchor  
Qui conferre potest: sciat: velitq;  
Collectas vel opes: sacrosue honores  
Et qua conditione: quomodo pacto  
An sit pensio danda: libere  
Collaturus erit morante lite  
An certare foro diu necessum est  
Querit: sed mediocritate fretus  
Aurata. timidus nihil moratur  
Aras: vel parochi saltem nemusq;  
Nec messes Libycas: Tagine harenas  
Contentus modica domo focoq;  
Lucen. i. Boram fugans z Austrum  
Bheni sepicula salutat vndas  
Diuens pauperibus bonus: propinquus  
Frugit: difficilis malis: probatis  
Iucundus: placidis studens amicis  
Illos sic reficit: fouet: focillat  
Solatur: recreat: inuat: vocatos  
Et bellos homines: locumq; bellum

Lectis temporibus vocat: seruitq;  
Mensam mundicia nec elegante  
Nec Lurore grani vel obsolete  
Victus: vitibilesq; questiones  
Ut supra docuit: satis mouentur  
Et postq; lepidus furit Lycus  
Urbanisq; sales: leuesq; risus  
Vadatis pedibus coma recincta  
Conuiuas aduent leuantq; curas  
Et pulchrae Carithes: nouemq; Musae  
Et dulces Veneres: Cupidinesq;  
Inuitant epulis: subinde mollis  
Candenti facie: colore viro  
Et nigris oculis: sono canoro  
Virgo nomine Margaretha vers  
Nam nil candidius venustiusue est:  
Non certe illepidos: nec inuenustos  
Hymnos: qui superos deos z omnes  
Conuiuas hylarans canit: monetq;  
Curas pellere: pectori molestas  
Et multo cerebrum inuare Baccho  
Quo duros studij ferat labores  
Nocturnos modulos: preces diurnas  
Sicut flammineos deo placentes

Qui mentes hominum pias benigno  
Vultu respicit: adiuvat: tuetur  
Hunc tu: vt me validum: z meum rogato  
Conradum teneat Thalia semper  
Conradum numeris tuis facietis  
Et veris celebrias: bias valeto

## Musa.

Si non vis aliud vale Poeta  
Et sis Pierie memor Thalia  
Nec non officij satis decoit  
Quo laudas homines probe merentis  
De te: de studijs: fide: modoq;  
Et quod maius inest deum colentes  
Quem foelix superum chorus minouum  
Psalmis: z modulis honorat equis  
In foelix Stygie timet paludis  
Eternas picei liquoris vndas  
Grex: fletu: lachrymis: z eulatu  
Pastores ouium feraci in agro  
Cantant gloria: laus: honor: decusq;  
Sit Christo genito z sue parenti  
Illustres etiam Magi recenti  
Mitham: thus: puero ferunt: z agrum  
Natalem colimus diem frequentes



Tympha: capripedes: salarq; Jannus  
Montales: pecudes: fere: volucres  
Agnoscent dominum: pioq; laudanti  
Cocentur: strepitu: Lyra: tubaq;  
Castis versiculis deum canunto  
Ne sis deterior poeta burtis  
Cultu: religione: voce: voto  
Et cum sacris: vale patrono

## Eiusdem Epigramma.

Ista Magunclaco modalans epigrammata ludo  
Dum reparat celeres altera luna vices  
Diuorum laudes. hominumq; insigne peregit  
Officium: vatem quo colere suum  
Si quis se extrema lesunt putet esse tabella  
Ponderet: hec vicis. non sibi arata sciet  
Qui vero bonus est: nec habet sua nomina codex  
Concillet vatem munere: more: mero  
Aut si promeruit speret sua posse libello  
Nomina cum titulis vbertore legat  
**Joachimi de Bularu Epigramma**  
Ad Lectorem.  
Accipe Lusiaci: nunq; moitura: Poetae  
Carmina: Phoebum suscipe lector opus

Sen te grandiloquo delectat silua cothurno  
Sacra Magunclaci: qua canit alma: soli  
Sive Epigramma iuvat lepido sale felleq; amaro  
Scommatibus: salibus: delicisq; madens  
Accipe Lusiaci: nunq; moitura: Poetae  
Carmina: Phoebum suscipe lector opus.

Impressum est hoc opus epigram-  
maton Lyps. per Melchiarum Lot-  
ter ciuem Lypsensem Anno domini  
Millesimo quingentesimo septimo.

¶ Quia nō Lyncei oculi hominib; a natura dati sunt. vt omnia  
errata adamussim perspicere possint. Neq; est aliquis vsq; adeo  
ad unguem consumat. qui non quandoq; in aliquo hallucinet.  
Ob id plerq; in hoc opere menda. tumultuarie: & vt dicit salua-  
tin recognite. in calce hic annotare operepcium visum fuit. Qui  
ores vo. si que insunt. labeculas. Candidi. & bene nati lectoris in  
dicio. confodiendas expungendasq; pmitto.

**A**

In primo Epigrammate. & hendecasyllabo ad lectore. versicu-  
lo. xxiiij. vbi impressum est Si non vtilibus: lege: Si nō vtilibus.  
In Epigrā. Theoderici Giesmundi. versi. xxv. ne lege Quid si  
¶ Q. si.  
In vita diui Martini. ver. xxi. p inuisae. Musae legas.

**B**

In eadem diui Martini vita. versi. xxviij. sed a termo B nume-  
rando. perperam impressum est Solis cum paucis. sed Solus.  
Dehinc paulo inferius post. l. ver. inuenies dimiserat. p dimiserat

**C**

In epi. ad Jacobū de Libenstein ver. lliij. habes refrenas iras  
pro ora. 7 post. xij. vsi. Spiritus Aetheria p Aetheriae.

In epi. ad Georgiū Palatinū vsi. xli. vbi vides maxima et eme  
ta maximi 7.

**D**

In Hymno Duce Barbare ver. xx. p Barbara cultu: culta sup-  
pone.

**E**

In Epi. ad Theodericū Zobell ver. xv. Non erit. Carica costa. s  
cysta.

In Hendecasyllabo ad Thomā Duolphū ver. ii. p visum repo-  
ne visam.

**F**

In carmine de hostia Sacramēti vsiculo primo p illis Papae  
Romulidum Papas elige.

**G**

In Hendecasyllabo ad Jacobum Daimphelingium vbi est ce-  
leri ne expūge ac scribe celerius.

In epi. ad Casparum Widenbach ver. xi. p lupus lupis substitue.

**H**

In elegia q̄ amoris ois ad Cathā inscribit vsi. xvij. p artificiqz  
emēd atiqz lege. artificiqz In ele. ad Cat. vsi. xi. veniūt p vincūt mē  
dose pssum est. In eadē post xxxix. ver. vbi est obstricras. obstric  
ctos legendū scias.

**I**

In elegia ad Catham versi. vi. versū a terno I lineas numerādo  
amplectere laisero p laisera.

**X**

In Dialago Alumi 7 Muse in B q̄ a tergo ver. xix. pacifi. os p  
pacificas inuenies: 7 in eodem post xxi. ver. Boream nō Boram  
legas.

In epi. ultimo Joacchini de Zulaw versi. vlti. phoebum non  
phoebum habeas.

TELUS.